

IO
LIB

P

IN C

A

AP



IOH. HEINRICI BOECLERI
LIBELLVS MEMORILIS
ETHICVS

IN VSVM
PRAELECTIONVM
ACADEMICARVM
RECVSVS

IN CAPITA ET PARAGRAPHOS
DISTINCTVS.
ADIECTO INDICE.



IENÆ,
Apud IO. ZACH. NISIVM,

M DC LXXXVII.

JOHANNES BOGNERI
ETHICARUM MEMORIALIS

IN
PRAEFATIONE
ACADEMICARUM
RECTORIS

IN CAPITA ET PARAGRAPHS
DISTINCTIS
ADLECTO IUDICE

J. E. W. N.
APUD IO. JACH. NISYAN

M. DC. LXXXIII



LIBEL



phia c
§. 2
Philos
Activa
Politio
Ethica
comm
Oecon
lariter
tes in
omni
scopus





Q. F. F. Q. S.

LIBELLVS MEMORIALIS
ETHICVS.

Proœmium.

§. I.

QVæ præmitti solent,
peti possunt ex *Ger. 10.*
Voss. libello de Philoso-
phia cap. 18.

§. 2. Addamus huc pauca.
Philosophiam Practicam siue
Activam, Aristoteles plerumq;
Politices nomine absoluit; vt
Ethica ciuilibis doctrinæ pars
communior & generalior;
Oeconomica & Politica, singu-
lariter sic dicta, speciales par-
tes intelligantur. Idem in
omni philosophia practica
scopus, *felicitas ciuilibis*, non

A 2 alia

alia in Ethicis, alia in Politicis, sed eadem spectatur: quæ quid sit, & quomodo ad eam peruenire oporteat, in *Ethicis* vniverse exponitur; in *Politicis*, per singulas civitatis partes, idem ostenditur; vt in *Oeconomicis*, quantum ad familiam attinet.

§. 3. *Philosophiam moralem*, vocant Ethicam: quæ etiam, *Ars vite, locus de expetendis & fugiendis, locus de electione & fuga*, veteribus dicitur, quamquam hæ appellations non raro totam philosophiam practicam significant. *Locus de Officiis*, eodem pertinet.

§. 4. Omnia, quæ in Ethicis docentur & discuntur, petita sunt, tanquam conclusiones ex *principiis*, naturâ notis, id est,

est, le
tione.
de ce
næ, c
neio E

§. 5.
ad on
practi
horta
tradi
nentu
antiq
est. Py
telis la

§. 6.
paræn
deneg
tia ser
horta
cauill
arrog
perfed

est, lege naturæ, seu recta ratione. Quo pertinet quæstio de certitudine huius disciplinæ, diligenter tractata *Horæneio Ethic. lib. 2. cap. 2.*

§ 5. In S. quoque literis, quæ ad omnem philolosophiam practicam, per modum cohortationis, aut characteris tradi possunt, abunde continentur. In profanis literis, antiquissima Poëtarum sors est. *Pythagora, Socratis, Aristotelis* labores in hoc genere.

§ 6. Stoici volunt in parte parænetica præcellere. Neque denegatur ipsis magnificentia sententiarum, & vis cohortandi, de cetero, peccant cavillatione vocabulorum, arrogantia & affectatione perfectionis majoris, quàm

materia capit; erroribus quibusdam. Lapsus inter iuniores *Lipsius* in hoc genere.

§. 7. Studium Ethicum non absolvitur libellis & præceptis; sed observatione rerum singularium, in historia præsertim, & fabulis siue dramatibus. Vbi de illo genere fabularum, quale *Argenis Barclaii* &c.

§. 8. Quæstio de idoneo auditore Ethicæ, ab Aristotele mota, quo spectet, dictum. Alias enim verissimum illud veterum celeusma: *Philosophandum Iuveni & Seni*; ne quid sanitatem mentis remoretur; quam præsertim philosophia practica promittit. *Cic. Tuscul. quæst. lib. 3. cap. 3. & 4. & 5.* Valeat ergo illud Poëtæ:

-- pe-

- - petite hinc iuvenes q̄, senes q̄, Pers. sat. 4

*Finem animo certum, miseris q̄
viatica canis.*

adde Horat. lib. 1. ep. 1. & 2.

PARS PRIMA

CAP. I.

De Felicitate in genere.

§. I. Summa autem huius
studii philosophandi in eo est,
vt felicitatem meditemur. Re-
gula veteris philosophiæ est:
*Quæ felicitatem faciunt, medi-
tanda. Quid est enim in vita
tantopere querendum, quàm
cum omnia in philosophia, tum
id, quod his libris queritur, quid
sit finis, quid extremum, quid
ultimum, quo sint omnia bene
viuendi recteque faciendi con-
silia referenda? quid sequatur*

A 4

na

lib. 1. de fin.
cap. 4.

natura, ut summum ex rebus
expetendis? quid fugiat, ut ex-
tremum malorum? Sunt hæc
verba Ciceronis principio eius
operis, quæ meditatur, quæ feli-
citatem faciunt.

1. de fin. 9.

§. 2. Querimus igitur, quid
sit extremum, quid ultimum
bonorum, quod omnium philo-
sophorum sententia tale esse de-
bet, ut ad id omnia referri o-
porreat, ipsum autem nus-
quam. Iterum Cicero. Bonorum
omnium complexio, summum
bonum, Finis, per excellentiam
alias dicitur.

in Epino-
midæ.

§. 3. An sit talis aliqua felici-
tas in hac vita mortali, prima
dubitatio est. Vbi & Ethnici
agnouerunt, Plato præsertim,
absolutam omnibus numeris
felicitatem expectari in hac
vita

vita m
talita
vnde
na ex
tentia
ligi e
intra
mort
enim
optim
in qu
rum
rum
mum
ter, t
degar
rum,
Cicer
Nomo
tet.
tura,
non j

vita non posse, sed post mortalitatem hanc sperandam. unde iam Christiana disciplina excipit, & veriore sententiam prosequitur. Intelligi ergo debet felicitas hæc intra hos limites: quantum mortalis vita capit. Sufficit enim talis status, in quo quam optime sit, quantum licet i. e. in quo bonorum necessariorum quam plurimum, malorum quorumuis, quam minimum adsit, ita ut vita suaviter, tranquille, permanenter degatur; in quantum loci, rerum, hominum conditio fert.

Ciceronis locus insignis est: Tusc. quest. lib. 5. cap. 31.

Nomen beati longe lateque patet. Nam ut questuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, non si altera semper omni da-

ino, altera omnis tempestatis calamitate semper vacet; sed si multo maiore ex parte extat in utraq; felicitas: sic vita, non solum si undiq; referta bonis est, sed si multo maiore & graviore ex parte bona propendent, beata recte dici potest.

§. 4. *Vivere itaq; omnes beate volunt: sed ad providendum, quod sit, quod beatam vitam efficiat, caligant, inquit Seneca. cuius tota dissertatio legenda est. Multæ fuerunt ac diversæ de felicitate assequenda sententiæ; non in vulgus tantum, sed etiam inter sapientes; nisi quod horum sententias ad concordiam redigere nonnulli, non frustra forte, contenderunt.*

§. 5. *Diversis velis statum felici-*

*de vita
beata cap. 1.*

*de vita
beata cap. 1.*

licita
veter
de tr
tate a
re, bo
imper
mi sta

§.
ad fel
possit
posita
ita lo
tentia
pro c
homi
quæ i
Vnde
illam
vitæ g
rium
vum.
lupta

licitatis eundem intellexerunt
 veteres Philosophi, quando
 de *tranquillitate animi, securi-*
tate animi, immunitate à pauo-
re, bono pacatoque animi statu,
imperturbato & tranquillo ani-
mi statu, loquuntur.

§. 6. Quibus autem rebus
 ad felicitatem istam perueniri
 possit, siue in quibus rebus
 posita sit illa felicitas (nam &
 ita loquuntur) diuortia sen-
 tentiarum deprehendimus;
 pro diuerso animorum apud
 homines habitu, diuersisque,
 quæ inde sequuntur, studiis.
 Vnde *Aristoteles* diuersitatem
 illam sententiarum, ad tria
 vitæ genera retulit: *volupta-*
rium, ciuile, & contemplati-
uum. hoc sensu, vt qui ad vo-
 luptatem omnia referunt, in

primo genere collocentur; in secundo, qui vel ad diuitias, vel ad honores omnia referunt; in tertio subsistant, qui in contemplatione rerum sublimium & cognitione sapientiæ præcipuum felicitatis constituunt.

§. 7. Sed hæc ad sententias aberrantes pertinent. possumus aliter procedere, vt complectamur veram. Nimirum cum bona omnia *vel* sint animi, *vel* corporis *vel* fortunæ, aliqui illa, aliqui ista, quidam hæc præcipue sibi sectanda duxerunt. Hinc quibus bona animi placent, *vel* cognitionem (vt in contemplatiuo genere *Aristotelis*) *vel* delectationem, quæ felicitatis comes est; *vel* virtutem pro summo bono amplexi sunt.

funt.
spexe
funt,
ci.
appet
inter
ceter
que
nera
requ
iam
tur.
epigr
§.
licita
riter
quis
alio
care
tract
verfo
pon

sunt. Qui bona corporis respexerunt, voluptarii illi sunt, vt Aristippus & Cyrenai-
ci. Bona fortunæ sola vulgo appeti, non potest negari, sed inter philosophos nemo sine ceteris sibi proposuit. Plerique enim omnia illa tria genera bonorum ad felicitatem requisierunt; in quibus etiam Aristotelis nomen ponitur. Pertinet huc *Martialis* lib. 10. epig. 47.
epigramma.

§. 8. In Iudicio porro de felicitate ferendō, vulgus vulgari-
ter solet versari; & fere ea quisque admiratur. quæ in alio conspicit, & quibus ipse caret. quem locum egregie tractat *Horatius*. Sicut ex di- lib. 1. serm. sat. 1.
verso sapientes regulam sibi ponunt; *nihil admirari*, quod

Stoicorum est. tranquillum
scilicet statum animi ita cir-
cumloquuntur.

Nil admirari, prope res est

vna, Numici,

Solaque qua possit facere, &

seruare beatum;

*Horat. 1.
Epist. 6.*

inquit *Horatius*. Sicut alii
hanc tranquillitatem animi
per otium, & secretam pri-
uatamque vitam describunt.
Huc enim pertinent illi loci
apud Poëtas, *Horatium de lau-
dibus vitæ rusticæ. Epod. carm,
2. Virgilium in 2. Georg.*

O fortunatos nimium, sua se

bona norint,

Agricolas &c.

*Lips. cent. 1.
Epist. mi-
scel. ep. 8.*

addendus est *Seneca in Hippo-
lyto de laudibus vitæ rusticæ.*

CAP.

De

S.

huc
hil po
appe
quod
curu
poni
à Sen
rissir
fert,
uissir
philo
est r
finer
tran
hil a
soph
tio e

De Aberrantium Senten-
rum prima, nempe
De Voluptate.

§. I. Fuisse homines, & ad-
huc esse, qui ita viuant, vt ni-
hil potius, quàm voluptates
appetant, res ipsa loquitur. Sed
quod inter Philosophos, *Epi-
curus* eius sententiæ auctor
ponitur; id iam olim passim
à *Seneca*, qui in epistolis seue-
rissimas eius sententias re-
fert, & hodie à pluribus, no-
uissime à *Petro Gassendo* in
philosophia Epicurea abunde
est refutatum. Cum enim
finem in *Indolentia corporis* &
tranquillitate animi statuit, ni-
hil aliud, quam ceteri philo-
sophi dicunt, vult, si explica-
tio eius audiatur. Hoc ta-
men

non verum est, eos, qui sectatores se Epicuri haberi voluerunt, siue Epicureos dictos, infamem sententiam de voluptate corporis protulisse.

§. 2. Infimum porro genus hominum est, & bruti animi, quod hanc sententiam fouet. Voluptas enim pecorum bonum est: Vera autem, id est, humana felicitas debet esse bonum homini proprium. *Pecora natura prona atque ventri obedientia finxit. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti incultique vitam sicuti peregrinantes transire, quibus profecto contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit.* quo caractere Sal-

Catil. cap. lustius hoc genus hominum
1. & 2. notat. Pœtæ, in sociis Vlyf-

sis

sis ex
quibu
uerfa
quit :

Sin

2

Sub

Vix

§.

res fra
ens. f
& m
tur.

volup
ritur

vera f
ciat

dat.

sis exemplum dederunt, de
quibus *Horatius*, *Vlysseni* di-
uersa secutum laudans, in-
quit:

Epist. 1. 2.

*Sirenum voces & Circes po-
cula nosti,*

*Quæ si cum sociis stultus cu-
pidusque bibisset,*

*Sub domina meretrice fuisset
turpis & excors,*

*Vixisset canis immundus, vel
amica luto sus.*

§. 3. Est præterea voluptas
res fragilis, caduca, cito transi-
ens. felicitas autem, constans
& mansurum quid intelligi-
tur. Felicitas bonorum est:
voluptas sæpius in malis repe-
ritur; imò malos facit; cum
vera felicitas hominem perfi-
ciat & consummatum red-
dat.

§. 4.

§. 4. Sed non est consilium
 velut in locum communem
 congerere, quæ ad vituperan-
 dam voluptatem pertinent.
 Summatim videas licet, ex o-
 ratione Architæ Tarentini a-
 pud *Ciceronem in Catone Ma-
 iore cap. 12.* Adeundus et-
 iam *Stobæus sermone 185.* Sche-
 ma proverbiale huius senten-
 tiæ ab omnibus ponitur Sar-
 danapalus. vid. *Diodor. Si-
 culus lib. 2. Athenæus lib. 8. c.
 4. lib. 12. cap. 12. Dio Chryso-
 stom. orat. 4. de regno, Suidas
 in voce Sardanapal. Cic. 2. de
 fin. c. 32. Tuscul. quest. lib. 5.
 cap. 35.*

CAP.

De A

§. 1.
error
vnicè

Vi

D

C

E

Ita se
prav
diuit

Add

§.
twral

De Aberrantium Senten-
 tiarum secunda, seu
 De Diuitiis.

§. 1. Magna est turba hunc
 errorem errantium & diuitias
 vnicè sectantium.

... omnis enim res,

*Virtus, fama, decus, diuina,
 humanaque pulcris*

*Horat. lib.
 2. sermon.
 sat. 1.*

*Diuitiis parent: quas qui
 construxerit, ille*

*Clarus erit, fortis, iustus, sa-
 piens etiam, & rex*

Et quicquid volet.

Ita scilicet corrupti mores de-
 pravatique sunt admiratione
 diuitiarum. Cic. 2. de offic. 20.

Adde Stobæi serm. 234.

§. 2. Diuitiæ autem vel na-
 turales sunt; vel artificiales,

I polit. 6.

1. de fin. 13è

apud

apud *Aristotelera*. De vtrisque
Cicero: ipsa natura diuitias,
 quibus contenta sit, & parabi-
 les & terminatas habet. inani-
 um autem cupiditatum nec mo-
 dus ullus, nec finis inueniri pot-
 est.

§. 3. In neutris autem felici-
 tas collocari potest. quamuis
 interim, comparandi causa, &
 vt ab infano amore habendi
 homines deterreant, Philoso-
 phi sæpe beatum dicunt, qui
 naturalibus diuitiis contentus
 paruo viuere gaudet. quo sen-
 su etiam Pöeta?

*Horat. lib. X.
 Epistol. 10.*

--- licet sub paupere tecto
 Reges, & regum, vitæ præ-
 currere amicos.

Addenda est *Satyra 6. lib. 2. ser-
 mon.* Et *Anacharsidis Epistola*
 apud *Ciceronem Tuscul. 5. 32.*

§. 4.

§. 4. Nihil aliud interim sunt naturales diuitiæ, quàm instrumentum vitæ agenda comparatum, non autem finis hominis. multo minus artificiales, quæ primò ad naturales referuntur.

§. 5. Deinde vltcrius. Vtræque corpori plus inserviunt, quàm animo. Et summis diuitiis miseria locum habet, quæ felicitatem excludit. Quod in fabulis Midas significat.

---, diuesque, miserque.

Sæpe non sine malis artibus parantur diuitiæ. Nec raro euanescent cito, vt fiat, quod Pöeta dixit:

*Irus est subito, qui modo
Cræsus erat.*

Diuitiæ etiam corrumpunt animos non modo singulorum,

*Obid. metæus. lib. 11.
fab. 3.*

rum, sed plurimum toti rei-
publicæ nocent, cum nimium
amantur, quam rem tum alias
sæpe, tum *duabus orationibus*
de rep. ordinanda ostendit *Sal-*
lustius.

§. 6. Licet tamen & bene
vti diuitiis: neque sapiens, id
est, felicitatis studiosus eas ab-
jiciet, si obuenerint. De qua
re memorabilis est dissertatio
Seneca de vita beata cap. 21. 22.
23. Sunt enim diuitiæ ex ea-
rum rerum genere, quibus
bene & malè licet vti. vid.
Stobæi serm. 229. & 231. sed &
reliqua, quæ de diuitiis dici
possunt, magna cura conges-
sit *sermon. 228. 230. 231. 232.*
292. 237.

CAP.

§. 1.

cupidi
mente
innasc

§. 2.

prehen
Dignit
Fama

§. 3.

set con
tim ali
potest
autem
etæ fo
se, quæ
virtut

§. 4.

De Aberrantium Sententiarum tertia,

h. e.

De Honoribus.

§. 1. Huius quoq; rei nimia cupiditate laborant humanæ mentes: vitio, quod primum innascitur, vltimum exuitur.

§. 2. Honoris vocabulo comprehendendi solet: Nobilitas; Dignitas ac ciuilis potentia; Fama & gloria nominis.

§. 3. Sed in his rebus qui posset consistere felicitas, cū partim alienæ sint; partim non in potestate hominis; inprimis autem caducæ, fragiles, subiectæ fortunæ; neq; tam propter se, quàm propter opinionem virtutis expetantur?

§. 4. Nobilitate nimium fiden-

den-

dentes & gloriantes passim derident Satyrici, *Iuuenalis* imprimis, & Philosophi, inter quos *Seneca* sæpissime eos exagitat. Vide in vtramque partem apud *Stobæum* *serm.* 217. 218. 220. & lege insignem *Hieronymi Osorii commentarium de Nobilitate.*

§. 5. Pericula & miserias magnarum dignitatum *Seneca* passim exequitur. Quo maiora dignitatis fastigia; eo plus periculi. quem locum etiam Politici tractant. vid. *Lips polit. lib. 2. cap. 15. & lib. 4. cap. b.*

§. 6. Vtriusque, & potentia & famæ siue gloriæ nominis immensa cupido in *Alexandro*, corrumpit omnem eius magnitudinem. vid. graue iudicium

Curtii

Curtii
xande
nimi
ne. C
egreg
Fama
gloria

De S
ra

Co

§. 1. A
posuit
Ideæ b
felicita
cum f
nicis p
deduc
rum o
liis ne
studius

Curtii 4. 7. 29. & 30. Ipse Alexander fassus est morbum animi sui *lib. 9. cap. 6. in oratione.* Commendari hic debent egregia opera *Iacobi Typotii de Fama, & Hieronymi Osorii de gloria.*

Cap. V.

De Sententiarum aberrantium quarta h. e.

De

Contemplatiua vita.

§. 1. *Aristoteles* hic exemplum posuit de contemplatione Ideæ bonorum, in qua *Plato* felicitatem quæsiuerit. Sed cum sententia de Ideis Platonis parum sit ad liquidum deducta, ponatur potius eorum opinio, qui omnibus aliis negotiis abducti immori studiis optant; neque aliud

B

expe-

expetendum magis credunt,
quam scientiam rerum subli-
mum & eximiarum. Quos

1. offic. 6. c.
2. 26. 43.
c. c.

arguit Cicero, cum dicit: *Sapientie studio a rebus gerendis abduci, contra officium est; virtutis enim laus omnis in actione consistit.*

§. 2. Quare & Stoici hic a laudato tantopere otio sapientis, quaedam tempora excipiunt; de qua re ex professo Seneca in fragm. de otio sapientis: & Epicurus, licet neget Sapientem ad Remp. accessurum, aut Principatum gesturum, addit tamen exceptionem, quam viderat necessariam, nisi quid interuenerit, id est, nisi idonea causa eum huc vocauerit; non ingeret se, sed neque subducet omnino.

Cau-

Cauti
adhib
de rar

D

§. 1.

de Fel
perpet

sistat.

efferre

tamen

secunda

hil ali

& vno

tus di

tuti c

summ

let :

Lipsiu

non

Cautiones tamen quædam hic
adhibendæ; vt recte iudicetur,
de raro hoc genere hominum.

CAP. VI.

De Felicitate vera.

§. I. Vera denique sententia
de Felicitate est, quod ea *in*
perpetua actione virtutis con-
sistat. Licet enim alii aliter
efferrent Philosophi, idem
tamen senserunt. Stoicis,
secundum naturam vivere, ni-
hil aliud est, quam constanter
& vno tenore facere, quæ vir-
tus dicitur. Soli scilicet vir-
tuti conueniunt illa, quibus
summum bonum describi so-
let: quæ diligenter attendit
Lipsius lib. 1. polit. c. 1. vbi
non aliter de virtute agit.

B 2

Omnis

Acad. qu.
§. 6.

Omnis illa antiqua philosophia inquit Cicero, sensit, in vna virtute esse positam beatam vitam: nec tamen beatissimam, nisi adiungerentur & corporis & alia bona, ad virtutis usum idonea.

Tuscul. 1.
45.

§. 2. Felix igitur est, qui virtutis perfecta & perfecto munere functus est, vt sententiam Aristotelis iterum effert Cicero.

§. 3. Comparatur autem hæc felicitas primum quidem auspicio diuino, quod & Aristoteles agnouit; deinde industria humana, & crebro agendo, atque adeo consuetudine, cuius maxima vis est: estque bonum venerabile potius, quam laudabile.

§. 4. Vita perfecta, de qua Philosophus loquitur, peperit illam

illam quaestionem de sententia Solonis veritate; secundum quem scilicet

--- *ultima semper*

Expectanda dies homini est:

*Ouid. metamorph. 3.
fab. 2.*

dicique beatus

Ante obitum nemo suprema-

que funera debet

describente historiam Herodoto libro 1. & repetente Cicerone Tuscul. 1. cap. 47. Sicut

autem Solon ad retundendam insolentiam, & ostendendam rerum humanarum fragilitatem, recte ita dixit: ita dubitandum non est, quin etiam viuis possit beatus dici, sicut Aristoteles copiose ostendit.

SECUNDA PARS

Philosophiae moralis.

§. I. In hac parte agere so-

B 3

lent

lent de homine, vt est capax huius felicitatis: explicantque partes animi & facultates; tractant de intellectu, voluntate, libero arbitrio, affectibus. Quæ quia in *Physicis* & *de Anima*, copiosius executus erat Philosophus, in philosophia morali paucis attingit: neque vltraquam opus est.

§. 2. Ostendit ergo sic: quod pars alia animæ sit *ratione prædita*: alia *rationis expers*. *Rationis expers* subdiuidi potest, vt alia sit *omnino rationis expers*, quæ dicitur anima vegetans, a qua proficiscitur nutritio & augmentatio, homini non cum brutis modo, sed etiam cum plantis communis: *alia non quidem habens rationem*, cum qua sæpe pugnat

gnat,
parer
do de
dicitu

§
pror
hil h
tation
qua
siue i
tic na
in qu
Hæc
nis A
ius v
fudit
cero
nim
quar
ticip
tur p
impe

gnat, *sed idonea tamen rationi parere*, atq; adeo quodammodo de ratione participans, quæ dicitur appetitus sensuum.

§ 3. Sequestrata ergo parte prorsus rationis experte, cui nihil hic loci, remanent pars rationalis per essentiam; in qua sunt *Virtutes dianoëticae* siue intellectiuae; & pars rationalis per participationem, in qua sunt *virtutes morales*. Hæc summa totius tractationis Aristotelicæ, quam *Horne-* lib. 1. *Eth.*
ius veluti commentario dif- c. 13.
 fudit *Ethic. lib. 2. toto.* Ci-
 cero ita repetit: *Est enim a-* *Tuscul. q. 2.*
nimus in partes tributus duas: 211
quarum altera est rationis par-
ticeps, altera expers; cum igi-
tur præcipitur, vt nobismetipsis
imperemus, hoc præcipitur, vt

B 4 ratio

ratio cöerceat temeritatem.
adde totum, & seq. caput.

TERTIA PARS

CAP. I.

De Virtute in genere.

§. I. Ante omnia hic inquirendum: quid Virtus sit; quam varie descripserunt. Cicero: *Virtus est animi habitus, naturæ modo, rationi consentaneus.* Alibi: *Virtus est nihil aliud quam in se perfecta, & ad summum perducta natura.* Rursus: *est enim virtus perfecta ratio.* Alibi: *Virtus est affectio animi constans conueniensque laudabiles efficiens eos, in quibus est, & ipsa per se sua sponte, separata etiam utilitate, laudabilis; ex ea proficiscuntur honestæ voluntates, sententiæ, actiones, omnisq; recta ratio.*

2. de invent.
53.

6. de R. 8.
8. de ll. 10.
4. Tuscul.

27.

Tuscul.
115.

quamquam ipsa virtus brevissime recta ratio dici potest. Ali-

bi: Omnis virtus, ut vetus Academia dicit, est mediocritas. in Brus. cap. 40.

§. 2. Atq; hæc est sententia Aristotelica, quæ virtutem definit habitum cum electione, 2. Eth. 6.

consistentem in mediocritate, ad nos relata, ratione definitum, ut vir prudens definiuerit.

§. 3. Quanquam enim virtus ob præstantiam, summum aliquid sit, medium tamen aliquid ex conditione naturæ recte dicitur. Horatius expressit illo celebri carmine:

Est modus in rebus; sunt certi denique fines, lib. 1. serm. sat. 1.

Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Et alibi exemplis ostendit, quod

B §

Vir-

lib. 1. ep. 28.

34

I. H. BOECLERI

*Virtus est medium vitiorum
& utrinque reductum.*

Medium est virtus, inter duo extrema, siue vitia: quorum ab vno longius, quam ab alio abest.

§. 4. Illa extrema, vitia sunt. Est enim *virtutis contraria vitiositas*, inquit Cicero. Sic enim malo, quam malitiam appellare, quam Græci *κακία* appellant. nam malitia certi cuiusdam vitii nomen est: vitiositas omnium.

§. 5. Impugnata est hæc Aristotelis sententia & olim & hodie. videatur Grotius in prolegom. ad Ius belli & pacis. Sed non leuia sunt, quæ pro Aristotele dici possunt.

CAP.

CAP. II.

De principiis humanarum actionum.

§. 1. Explicata virtutis natura, *Aristoteles* agit de principiis humanarum actionum: ponitque quatuor; *Spontaneum, Electionem, Consultationem, Voluntatem*. Quia enim a virtute profectum non censetur, quod vel forte, vel non sponte, vel ab inuitis, & sine electione fit: opus est, paulo accuratius ista intelligere. Sicut & in malis actionibus plurimum differunt, quæ deliberato consilio, & quæ per imprudentiã fiunt.

§. 2. SPONTANEVM solet duobus modis tractari: explicatione rei ipsius, siue naturæ spontanei; & declaratione oppositi, id est, Inuiti.

§ 3. Spontaneum est, quod à scientibus fit, accedente appetitus sensitivi inclinatione, etiam rationalis i. e. voluntatis; sed de illa seorsim postea agetur.

§ 4. Scientia quæ est principium actionum humanarum, *conscientia* proprie vocatur, quæ præcipiendo & suadendo; vetando & dissuadendo actionibus humanis interuenit; estque vel *recta*, vel *probabilis*, vel *erronea*. Addunt alii, *dubiam & scrupulosam*: quatenus hæsitatio etiam interdum dicitur iudicium intellectus.

§ 5. De conscientia egerunt abunde *Theologi, Scholastici, & Philosophi*. Paucis *Horneius lib. 3. eth. c. 4. Lipsius lib. 1. polit. c. 5.* præclare ostendit; in omni

vita

vita
men
Add
§.
ampl
sito,
tem
lenti
§.
est, c
na, c
detu
actio
§.
tantu
nibus
uitia
ore,
eaq;
busd
bant
culo,

vita ciuili conscientiaē dicta-
men vtramq; paginam facere.

Addatur *Stobaei sermo 24.*

§. 6. Sed *Spontanei* natura
amplius intelligitur ex oppo-
sito, nempe ex *Inuito*. Est au-
tem *Inuitum* duplex: *per vio-*
lentiā, & per ignorantiam.

§. 7. *Inuitum per violentiam*
est, cuius causa est plane exter-
na, cum subiectum, quod vi-
detur agere, nihil confert ad
actionem proprie loquendo.

§. 8. Viderunt non antiqua
tantum saecula in persecutio-
nibus Christianorum illam sae-
uitiam, quae diducto per vim
ore, idolothyta infulciebant,
eaq; postea instrumentis qui-
busdam per gulam detrude-
bant tortores: sed hoc ipso sae-
culo, in Silesia a sacrificulis

manu militari armatis Aug.
Conf. hominibus hostiæ ad e-
undem modum obtrusæ
sunt, vt viderentur religionem
mutasse.

§. 9. Est autem *violentum*
aliud *reuera tale*, quod iam de-
scripsimus, aliud *apparet tale*,
nec est. Hinc disputatio de *a-*
ctionibus mixtis, quas aliqui
vocant, quæ vera æstimatione
sunt spontaneæ & voluntariæ.
quod vere Aristoteles iudicat.
Vsitatissimum exemplum est
de mercibus, in tempestate,
seruandæ nauis causa eiectis.

5. 6. 3. Curtius ita refert: Gubernator,
ubi naufragium timet iacturas
quicquid seruari potest, redi-
mit. In bello, partem prouin-
ciarum cedit victori, qui me-
ruit, ne totum regnum amit-

tat.

tat. Non libenter quidem huc descenditur, sed quia tamen ad vitandum maius malum hoc eligitur, spontanea est actio, non inuita. malum enim, quod obtutu maioris mali eligitur, exuit naturam mali morali æstimatione, & incipit naturam boni habere. Talis est deliberatio: *Libertas an pax placeat,* ap. *Tacitum 4. H. 67. & Grotium I. B. 2, 24, 6.*

§. 10. Pertinent huc sententiæ vere Philosophicæ apud *M. Senecam Rhetorem*: *Non est vis, ubi aliquid expediendæ rei causa patiendum est, sed ratio,* Et: *Non est admouere vim, aliquid cum certa conditione promittere, si qua vis est, a te tibi adhibita est.*

§. 11. Maximus huius philo-
so-

sophiæ vsus est, vbi de vi actio
est, ibi enim quæritur: *An in
re vis sit.* vide exemplum nobi-
le apud *Marcum Senecam*, vbi
etiam *vis iniuriosa à salutari*
distinguitur. Tum etiam,
quando agitur de vi metuque
gestis: itemq; de damno dato,
vbi multum valet, τὸ ἔκοντα ἢ
ἀκοντα, i.e. *volentem aut inui-
tum fecisse*, vt notat *Libanius*
declamat. 27.

§. 12. Diximus de Inuito per
violentiam vel vero, vel appa-
rente. Aliud est *inuitum per*
ignorantiam, ita tamen, vt eum,
qui fecit, illius postea poeniteat,
describente *Aristotele*.

§. 13. Hic ergo de ignorantia
fuse agunt *Theologi, Scholastici*
& Morales, subtiliterque par-
tiuntur, 1. *quod ab ignorante*
qui-

lib. IV. con-
trov. 28.

3. Eth. 1.

quidem fit, sed non ob ignorantiam; 2. quod ob ignorantiam fit, pœnitentia consequente factum; 3. quod ob ignorantiam fit, pœnitentia non consequente factum. Aliam item dicunt ignorantiam vincibilem, aliam invincibilem.

§. 14. Maximum habet usum hæc philosophia, ubi de æstimatione delictorum agitur: quæ Aristoteli sunt trium generum; plena iniuria, infortunium, & media culpa. Bene explicata hæc vide à Grotio I. B. 3, II, 4. & 2, 21, 5. Add. M. Senec. Excerpt. Controv. 3, 6. Liban. loc. commun. contra homicid.

§. 15. Jurisconsultorum distinctio est, in ignorantiam juris & facti. ubi philosophicæ istæ distinctiones iterum tamē locum habent. §. 16.

§. 16. Ipsa autem nomina rem indicant. Est enim *ignorantia iuris*, cum quis ignorat ius suum, siue finem suæ actionis; siue, quid in actione sit honestum, iustum, vtile, aut his contrarium.

§. 17. *Ignorantia facti*, est cum ignoratur, quid contigerit: siue quando circumstantiæ ignorantur, in quibus cum præcipua actionis vis consistat, agens tamen prouidere non potuit.

§. 18. Illa *uniuersalis*, hæc *particularis* dicitur. Illa (ignorantia iuris) cum plerumq; sit affectata, actionem non reddit inuitam, nec excusat agentem, quod in iure naturali manifestum est. videatur tamen limitatio *Grotii I. B. 2, 20, 43.*

NEC

Nec in iure civili, quod omnes scire debent, res se aliter habet: nisi quod ignorantia aliqua sine culpa interdum esse potest (*Grot. I. B. 2, 23, 13.*) neque peræq; semper nocet; quamquam *prodesse*, vix dici possit, si accuratè velimus loqui. *Hæc* (Ignorantia facti) actionem reddit inuitam & excusat, si caret dolo, non est culpa nostra acquisita, habet coniunctam poenitentiam.

§. 19. Ceterum quomodo iura civilia de vtraq; ignorantia iuris & facti decernant aurea est dissertatio *Cuiacii obseruationum lib. 5. cap. 39.*

§. 20. Ex principiis humanarum actionum secundum dicitur *ELECTIO* siue *Proairesis*, nempe earum rerum, quæ in

RO-

nostra potestate sunt, ex consultatione profecta appetitio.

§. 21. Vnde coniungendum videmus Tertium, *CONSULTATIONEM*, qua intellectus agit, vt in electione, voluntas. Deliberatur autem itidem, de rebus, quæ possunt aliter atque aliter euenire; magisque de mediis quam de finibus.

§. 22. Quartum principium actionum humanarum est *VO-
LUNTAS* siue *ipse actus volendi*, nam potentia volendi ad superiorem tractationem pertinet. Voluntas autem est finium.

§. 23. *Velle* autem dicitur non tantum, *qui ipse quid facit*, sed etiam *qui approbat, iubet, consentit, laudat, participat, non impedit, receptat facientem.*

tem. In Scholis versus sunt de
voluntaria actione:

*Iussio; consilium, consensus,
palpo, recursus*

*Participans, mutus, non ob-
stans, non manifestans.*

§. 24. Egregie hanc philoso-
phiam explicat *Grotius I. B. 2,*
17. usq. ad 12. in materia damni
dati. & 2, 21, & seqq. in ma-
teria de pœnarum communica-
tione.

§. 25. Ex his ergo apparet,
quæ magis, quæ minus volun-
taria sint. Maxime voluntaria
sunt, quæ homo facit, nullo er-
rore seductus, nulla animi per-
turbatione impulsus (quan-
quam & ista voluntaria esse
constat) quod sæpius sibi pro-
posuit, & diu animo volutavit,
quod sæpius repetit, minus

VO-

voluntaria esse, quæ diuerso modo se habent, per se intelligitur.

§. 26. Disputari hic contra Platonem solet, qui statuerit (in *Protagora* & alibi) neminem volentem malum esse. quamquam alii commodius explicare nituntur.

CAP. III.

De connexionione, & distributione seu numero virtutum.

§. 1. Virtutes inter se connexas esse, atq; cohærentes, omnis fere Veterū philosophia decernit. alii tamen aliter efferunt. Quidam nullam virtutem sine prudentia dicunt esse, adeoque cum ea aduenire omnes pronuntiant: alii in iustitia omnes virtutes inesse dicunt:

cunt
tenti
cuit.
bris
de na
cont
cogn
ritu
stitia
quib
conf
um
§.
tutis
sis ii
sa ta
pler
cipe
fent
mer
tudi
tiam
ex

cunt: alii in pietate. quæ sententia posterior *Eusebio* placuit. Est *Ciceronis* locus celebris de hac connexione *lib. 2. lib. 8. cap. 8.*

de natura Deorum cap. 61. Hæc contuens animus, accedit ad cognitionem deorum, ex qua oritur pietas: cui coniuncta iustitia est, reliquæq; virtutes, è quibus vita beata existit. Cui consentit Hierocles, quod omnium virtutum dux fit pietas.

*Præparat.
Evang.*

*in aurea
Pythagoræ
carmina.*

§. 2. Ad diuisionem Virtutis quod attinet, prætermis-
sis iis, qui vnius virtutis diuer-
sa tantum nomina statuebant,
pleriq; *quatuor virtutes* (prin-
cipes scilicet, quibus aliæ es-
sent subiectæ aut inclusæ) nu-
merarunt: *Prudentiam, Forti-
tudinem, Iustitiam, Temperan-
tiam.* *Platonem* ita sensisse non

lib. 4. & 6.

ex *Diogene* tantum *Laërtio*

con-

constat, sed & ex *libris de repu-*
blica. Neque *Stoici* aliter; Imo
 ipse *Aristotelis* hunc numerum
 laudat *lib. 7. Politicor. cap. 1. Ci-*
cero in officiis retinuit quasi
 communem *Philosophorum*
 sententiam *lib. 1. cap. 1. 5.* & sæ-
 pius. Sed & *2. de inuentione 53.*
Scriptor. ad Herenn. lib. 3. cap. 2.
Liber. Sap. 8. v. 7. Neque *Tho-*
mas & alii Scholastici omise-
 runt hanc sententiam variis
 explicationibus adornare.

§. 3. *Aristoteles* tamen, quam-
 quam non repudiaret hanc
 sententiam, non institit presse:
 sed neq; numerum virtutum
 definiuit, sed hoc tantum di-
 xit: singulis explicatis, nume-
 rum planum fore. Statimq; in-
 cepit de Fortitudine agere.

§. 4. Quoniam autem in illa
 di-

distinctione Aristotelis, qua virtutes alias morales, alias intellectuales, siue dianoëticas fecit; multum boni inest: non erit absurdum, eius tractationem sequi, & inter morales virtutes primam ponere Fortitudinem.

CAP. IV.

De Fortitudine.

§. I. Fortitudinem Cicero de-
 scribit, quod sit *considerata per-*
riculorum susceptio, & laborum
perpessio. Vbi addit, partes
 eius sunt: *magnificentia, fiden-*
tia, patientia, perseuerantia.
 Aristoteli est *mediocritas inter*
ignauiam (ita enim Latini vo-
 cant illam *timiditatem*) &
audaciam constituta: qua ver-
satur circa ardua (aggressu sc.
perpessuque) & *terribilia* i. e.

C

in

in quibus metus & fiducia locum habet, *in quantum ea non exsuperant humanam constantiam: in primis circa mortem bellicam.*

§. 2. Quo autem minus voluntarium aliquid est in hac virtute, eo minus fortitudini deputatur. Vnde ii, qui præmii & honoris causa, aut metu ignominia fortiter se gerunt; aut sola assuetudine periculorum pericula contemnunt; aut affectu aliquo concitati, nihil metuunt; aut fiducia successuum priorum elati ferociant; aut periculi magnitudinem non intelligunt, fortes accurate loquendo non habentur ab Aristotele.

§. 3. Non tamen sola mors huc pertinet, quamquam eam præcipue Aristoteles nominet; sed

sed dolor, ignominia, orbitas, paupertas, carcer, exsilium, & similia, quæ aut futura metum, aut præsentia molestiam, eamque non leuem creant, viro forti superanda obiiciuntur.

§. 4. Sed quæ in bello gesta sunt, splendidiora videntur, magisque in oculos incurrunt. Vnde Cicero: *In laudibus, quæ magno animo & fortiter, excellenterque gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus. Hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamine, Platais, Leuctris &c.*

§. 5. In primis autem honestas proposita esse viro forti debet. Vnde nec iustitia nec prudentia vacare potest vera fortitudo. Non iustitia: *Ea enim animi elatio, quæ cernitur in peri-*

RI
ducia lo-
um ea non
constan-
mortem

minus vo-
st in hac
ortitudini
ui præmii
aut metu
gerunt;
e pericu-
emunt;
concitati,
it fiducia
elati ferro
agnitudi-
fortes ac-
n haben-

sola mors
quam eam
nominet;
sed

culis & laboribus, si iustitia vacat, pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est, inquit Cicero, adde quæ sequuntur 1. offic. 19, Non prudentia abesse debet; quia temeritas esset, non fortitudo, cui non subest ratio. videatur Senecæ epist. 85.

lib. 4. cap.
58.

§. 6. Est autem modus hic notandus. Verissimum enim est illud Liuii: *nulla virtute superari humanarum virium modum*. Hinc de Celtis veteribus Aristoteles quæstionem mouet, qui nec terræ motum, nec similia formidabant: & de iis dubitatur, qui spectra non mutuunt, quod de Democrito *Abderita*, Lucianus in *Philopseude* memorat. & de Athe-

no-

nodor
ep. 27.
fortitudo
Neq;
tur co
malus
Pluta
§. 7
agitan
homi
coru
tantu
tiam a
vider
clam.
teban
mem
minu
micia
tur. a
contr
Groti
no-

nodoro *Plinius Epistol. lib. 7.*

ep. 27. Est tamen hic non omnis
fortitudini locus denegandus.

Neq; constantia animi mere-
tur commendari in Bruto, cui
malus genius apparuerit ap.
Plutarchum in vita,

§. 7. Solet hic & illa quæstio
agitari, de *ἀποχρησία*, siue de
homicidio in se. Qui ethni-
corum hoc probabant, certis
tantum casibus suam senten-
tiam accommodabant, sicut
videre est ex *Quintiliani de-
clam. 4.* & falsa hypothese ni-
tebantur: quasi homo esset
membrorum & vitæ suæ do-
minus. Alias nota est lex, *Ho-
micida in se, insepultus abiicia-
tur.* apud *M. Senec. in Excerpt.*
controu. lib. 8. controu. 4. adde
Grotium I. B. 2. 19. 5.

§. 8. Inter exempla Heroicæ fortitudinis, Alexander apud *Curtium* suam virtutem his notis signat: *liberatione gentium seu iute oppressarum* (3, 10. 5. add. 6, 3, 17.) quo nomine Hercules ab antiquis laudatur ap. *Grotium* I. B. 2, 20, 40. de pulsiōe iniuriæ à ciuibus & sociis (4, 1, 13) honestate damnorum (*quot cicatrices, totidem corporis decora* (4, 14, 6.) pacis proposito (6, 3, 5.) gloria mortis (3, 8, 21. (immortalitate gloriæ (*lib. 9. cap. 6. num. 18. &c.*) Quamquam si accuratius examinanda ista sunt, sæpe temeritas mixta videbitur virtuti, confessione ipsius Historici *cum esset præsto ubiq; fortuna, temeritas quoq; in gloriam cesserat. 3, 6. 18.* In qua tamen quaestio-

stio-

stione, sicut non repudianda
est quædam exceptio de singu-
laritate Heroicorum exemplo-
rum: ita multa sine contro-
versia audacter facta Alexan-
dri possunt memorari.

§.9. Hannibal quoque inter
exempla Heroicæ fortitudinis
affertur: quem *Linus* ita de-
scribit: *Plurimum audacia* (sic
in bonam partem) *ad pericula*
capessenda, plurimum consilii
inter ipsa pericula. Sed exem-
pla quidem passim ex historia
repetenda, & *Valerio Maximo,*
vbi totum caput de fortitudine.

§.10. Sententiæ memorabi-
les de fortitudine, ab audacia
distinguenda, occurrunt apud
Curium lib. 5. cap. 9. n. 6. & 7.
Fortium virorum est, magis
mortem contemnere, quam o-

disse vitam. Virtus nihil inex-
pertum omittit. Itaq; vltimum
omnium mors est, ad quam non
pigre ire, satis est. Et lib. 9. c. 6.
n. 14. nihil indignius est, quam
consumi fortitudinem, vbi non
possit ostendi.

§. 11. Extrema fortitudinis,
sue vitia ei opposita sunt, Au-
dacia & ignauia. Audacia nihil
metuit, Ignauia nimis metuit.

§. 12. Audacia grauiter de-
scribitur apud Curtium lib. 4.
cap. 14. n. 13. 18. 19. Adde Lipsi.
polit. cap. 15. & nota: quod in-
terdum sit audacia, quæ non
videtur esse, vt supra patuit ex-
emplo Alexandri; interdum
videatur audacia, quæ non est
huc pertinet illud Taciti, ex-
emplum I. A. 38. presidium ab
audacia mutuantis. & Alexan-
dri

dri ap-
plius
esse g-
miis
ciam
pre m-
ipfis
dunt

§. 11
tius,
vitam

5, 8, 6.

Viden

168. E

Aristo

virtut

gnau

bellic

sicut

in Or

uera

quod

dri ap. *Curt. 10, 2, 30.* Nota amplius : temerariorum diuersa esse genera, dum quidam præmiis periculorum in audaciam ruunt; quidam *non tam præmiis periculorum, quam ipsis periculis læti* deprehenduntur, vt est ap. *Tac. 2. hist. 86.*

§. 13. Ignauos describit *Cur- tius*, qui *pluris qualemcunque vitam honesta morte estimant.*

5, 8, 6. Add. Sallust Catilin. c. 58.

Videndus *Stobæus serm. 101. §*

168. § 169. Et notandum, quod

Aristoteles non sine causa huic

virtuti primorem locum assi-

gnauit : quia in tutela virtutis

bellicæ omnia cetera latent,

sicut *Cicero* præclare ostendit,

in *Oratione pro Muræna.* Re-

uera enim in *opere Ethico,*

quod vix patiuntur vulgo sibi

persuaderi, omnia ad rempu-
blicam Aristoteles retulit: ad-
eoque eum ordinem seruauit
virtutum, quem respublica
postulat. Vnde etiam Fortitu-
dinem consequitur Tempe-
rantia. CAP. V.

De Temperantia

§. 1. Temperantiam cum for-
titudine eo, quo diximus, nexu
iungit *Philosophus 7. Polit.*
Quo vocabulo latius uti solet
Cicero, sicut ex *lib. 1. off.* con-
stat. Nos cum Aristotele ita hic
sentiemus, ut *continentiam* ta-
men, quam ipse *semituirtutem*
existimat, in partem huius vir-
tutis serio vocemus. Potest &
uerecundia huc acciri, optimo
iure.

§. 2. Temperantiam versari
circa voluptates, quæ gustu &
tactu,

tactu
& in
voto
gruis
Temp
mitte
ris, in
lib. 3.
peran
volup
2. de
est ra
in ali
mi, si
tio. E
tia, c
clen
stia, a
§
huc
ibi d
per q

tactu, sed in primis tactu (qui
 & in cibo potuque vel ex eius
 voto spectatur, qui collum
 gruvis optabat) percipiuntur.
Temperantia constat ex prater-
mittendis voluptatibus corpo-
ris, inquit Cicero de Nat. Deor,
lib. 3. c. 15. Et 5. de Fin. 23. Tem-
perantia in pratermittendis
voluptatibus cernitur. Plenius
2. de inuent. 54. Temperantia
est rationis in libidinem atque
in alios non rectos impetus ani-
mi, firma & moderata domina-
tio. Eius partes sunt: continen-
tia, clementia, modestia. Sed de
clementia quidem & mode-
stia, alia est tractatio.

§ 3. *Continentiam* autem
 huc vocauimus, quam Cicero
 ibi describit: *Continentia est.*
per quam cupiditas, consilii gu-

*bernatione regitur. Quamquã
 hæc descriptio latius patere vi-
 detur; nos enim continentiam
 ex usu Latine loquentium in
 materia huius virtutis (Tem-
 perantiæ) vt designata est; ac-
 cipimus. Adhuc plenius in par-
 titionibus orator. c. 22. Quæ ve-
 ro moderandis cupiditatibus,
 regendisq; animi motibus lau-
 datur, eius est munus in agen-
 do: cui temperantia nomen est.
 Temperantia autem in suis iti-
 dem res, & in communes distri-
 buta est, duobusq; modis in re-
 bus commodis discernitur: &
 ea, quæ absunt, non expetendo,
 & ab iis, quæ in potestate sunt,
 abstinendo. Quæ omnia phi-
 losophiæ Aristotelicæ probe
 consonant.*

§. 4. virtutem hanc cum ve-
 re-

recundia coniungit idem Ci-
 cero, quando adolescentibus
 eam commendat. *Maxime au-
 tem hæc ætas à libidinibus ar-
 cenda est, exercendaq; in labo-
 re, patientiaq; animi & corpo-
 ris; vt eorum & in bellicis & ci-
 uilibus officiis vigeat industria.
 atque etiam cum relaxare ani-
 mos, & dare se iucunditati vo-
 lent, caueant intemperantiam,
 meminerint verecundia.*

§. 5. Vbi notandum ex tribus
 remediis aduersus intempe-
 rantiam, quæ & præsidia, siue
 auxilia temperantiæ possunt
 vocari; vnum hic laudari;
 nempe *occupationem liberalem*
 & *industriam*: alterum est *ex-
 quisita sobrietas*; tertium, *ipsa
 resistendi & vincendi assuetu-
 do,*

§. 6. Distribui vulgo solet hæc virtus his partibus: *Abstinentia cibi, sobrietate potus* (quantum ad gustum) tum *castitate, & pudicitia,* quantum ad tactum.

§. 7. Sed *sobrietas* omnino etiam *abstinentiam* completitur: quæ vox vel late usurpatur, sicut ipsa *temperantia;* vel angustius de eo, qui alienis abstinet, nec auarus est, aut ex alieno ditari cupit. In priorî genere loquendi notus est locus *Horatii: abstinuit venerè & vino;* in posteriori. in primis titulus *Valerii Maximi lib. 4. ca. 3. de abstinentia & continentia.* *Tacitus* cum *integritate* coniungit in *Agricola cap. 9.* *Pudicitia* quoq; non semper à castitate distinguitur. Pars pudicitia,

tia,
cun
iden
aute
ctio
verb
mou
hod
uia
dun
ius
lib.
de c
§.
tia
ran
alia
pen
dig
pte
mu
non
tur

tiæ, seorsim acceptæ, est verecundia; siue apud nonnullos, idem cum pudicitia. Cernitur autem non in omni modo actione, sed in gestu, in vultu, in verbis; in quibus pudorem remouerunt & *Cynici* veteres, & hodierni petulantia ac lasciuia magistri. Meliore vten- dum est doctore *Cicerone*, cuius grauiissima est doctrina *lib. 1. offic. cap. 35*: De rubore, vide disputationem *Seneca ep. 11*.

§ 8. Idem *Seneca* Temperantia officia ita designat: *Temperantia voluptatibus imperat: alias odit, atq; abigit; alias dispensat, & ad sanum modum redigit, nec vnquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum, non quantum velis, sed quantum debeas, sumere.* §. 9. ep. 88.

§. 9. Temperantiæ dignitas & vtilitas inde etiam illustratur, quando voluptatum turpitudine & noxa ostenditur, de quare supra.

§. 10. Conseruatricem autem est Temperantia, bonæ valetudinis, ingenii & prudentiæ; & in ciuitate boni ordinis, disciplinæ, publicæ honestatis, fortitudinis &c.

§. 11. Sicut *Intemperantia* publice priuatimq; noxia est; *Animo per libidines corrupto nihil honestum inest*, inquit *Tacitus*; hinc Principes contemtibiles fiunt, quod ostendit *Lipsius 4. Polit. c. 12.* hinc ciuitas tota corruptioni obnoxia ad interitum tendit, sicut *Sallustius* passim inculcat. Romæ censura aduersus libidines, & gulæ

II. Annal.
37.

gulæ
Lips
dan
artis
incit
clam
§.
tium
pon
nom
Aris
cer
fitiz
nan
riis
Sed
teli
tiar
def
mo
ris

gulae vitia instituta. de qua
Lips. 4. Polit. 11. Hoc loco qui-
 dam etiam aduersus magistros
 artis coquinariae, varia gulae
 incitamenta excogitantes de-
 clamant.

§. 12. Atque hoc vnum est vi-
 tium, quod temperantiae op-
 ponitur. Alterum autem, cui
 nomen non inuenit, sed finxit
Aristoteles, ita describitur à *Ci-
 cerone in partitionibus*: quod
stimmantitas quaedam in asper-
mandis omnibus etiam necessa-
riis & honestis voluptatibus.
 Sed vix occurrit. vnde *Aristo-*
teli controuersia mota.

§. 13. Alexandri temperan-
 tiam, antequam degenerasset,
 describit *Curtius*: *Modus im-*
modicarum voluptatum, vene-
ris intra naturale desiderium
 vsus

lib. 10. cap. 5.

ib. s. cap. 7. usus nec vlla nisi ex permissio vo-
luptas. Et alibi, in voluptatibus
permissis quoq; Et vsitatis tem-
perantiam laudat. Sed iam-
iam, vt ibidem describitur, ad
intemperantiam descuerat.
vide amplius id notantem *Hi-
storicum lib. 8. cap. 4. n. 24. 25.*
Non inter postremas exitii
causas Alexandro intempe-
rantia fuit.

§. 14. In sacris Heroica casti-
tas Josephi celebratur, quam
commendat amplius *Philo de
vita Iosephi*. Sed non est confi-
lium locos communes scribe-
re, quod ab aliis factum. *Stobaei*
huc pertinent sermones 37. Et
84. de Temperantia, 38. de in-
temperantia; 87. de gula; 74.
de luxuria, 122. de verecundia;
add. 124. Et 125.

CAP.

De liberalitate.

§. 1. Summa philosophiæ Aristotelicæ est: *Liberalitatem esse virtutem, quæ modo & ratione utatur in dandis accipiendisq; pecuniis, præcipue tamen dandis; nec pecuniis tantum, sed quorumcunq; pretium nummo metiri homines solent. dando scilicet, quibus, quantum, quomodo, oportet: non de alieno, sed de suo: honestatis causa.*

§. 2. *Beneficentia etiam vocatur hæc virtus: cultus ratio, secundum Ciceronem, est duplex: nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia; quæ duæ rationes in sequentibus etiam comparantur notabiliter.*

§. 3.

§. 3. Tractauit de hac virtute concisius sed notabiliter *Cicero idem 1. offic. 14.* vbi praesertim etiam *tres cautiones* ponit. 1. *Ne obsit benignitas & iis ipsis, quibus benigne videbitur fieri, & ceteris.* 2. *Ne benignitas maior sit, quam facultas.* 3. *Vt beneficium non sine delectu tribuatur.* Qua occasione, elegantissima instituitur disputatio de ordine & discrimine eorum, quibus benefaciendum est.

§. 4. Longe autem copiosius, & ad exemplar accuratae philosophiae tractauit hoc argumentum *Seneca* integro opere VII. *librorum de Beneficiis.*

§. 5. Atq; huius loci est etiam nobilissima quaestio de grato animo, siue, vt vulgo loquuntur,

tur, c
occu
2. in
na in
actio
ius d
tes I
qua
Quo
est; a
actio
apu
hau
bat
das
333.
adu
Sen
Gro
§
vir
(d

tur, de gratitudine. Vbi primo
 occurrit *grati animi laudatio.*
 2. *ingrati reprehensio.* 3. *de pœ-*
na ingratorum. Et, *an sit aliqua*
actio aduersus ingratum? Cu-
 ius disputationis duæ sunt par-
 tes 1. *an legibus prodita sit ali-*
qua actio aduersus ingratos?
 Quod omnino negandum non
 est; apud Macedonas enim erat
 actio aduersus ingratos. Et
 apud *M. Senec. Contro. IV, 24.*
 haud dubie ex lege quæ exta-
 bat: *Ingrati sit actio.* adden-
 dus est *Quintilianus reclam.*
 333. 2. *An debeat prodi actio*
aduersus ingratum, de qua re
Seneca 3. de benef. 6. 7. &c. &
Grotius I. B. 2, 20, 20.

§. 6. Sicut autem *Cicero* hanc
 virtutem fecit partem iustitiæ
 (dum ratiocinatores bonos
 vult

vult esse beneficiorum, vbi, quando; quomodo collocari debeant; siue quantum sit cuique tribuendum) ita *humanitas & elegantia* rem totam gubernant; omniumq; beneficiorum non condimentum modo, sed complementum sunt.

§ 6. Alexandri M. liberalitas laudata *Curtio 10, 5, 28,*

§ 7. Vitia liberalitati opposita sunt *Prodigentia & Avaritia*. *Prodigentia* seu profusio modum excedit in largiendo. *perdere hic sciet, donare ne sciet*, est apud *Tacitum*.

1. H. 30.

§ 8. Sunt autem prodigi alii
1. *vanitate ingenii* ad ostentationem procliuis. 2. alii *calliditate*, quo etiam pertinent largitiones inescandis hominibus, quibus ambitiosi vtuntur,

tur,
tiam
§
digu
amb
Prim
Stude
ne p
pud
tion
12, 1
§
qui r
mod
de &
cipe
cis n
voca
dido
vas
Solit
§
97

tur, vt ad honores & potentiam perueniant.

§.9 Priuatim sibi nocet prodigus: publice, ciuitati. Nam *si ambitione exhauriunt ararium Principes per scelera supplere student*, sicut in mala causa bene pronunciauit Tiberius apud Tacitum. Dubiæ æstimationis factum vide ap. Curt. 8, 12, 16. & 17.

2. A 38.

§.10. *Auaritiam & auaros*, qui nec dant, quibus aut quomodo debent, & accipiunt, unde & quantum non debent accipere, multis nominibus Græcis notauit Aristoteles, *parcos, vocans, tenaces, illiberales, sordidos, turpis lucri cupidos, paruas impensas magni æstimare solitos, deceptores, depilatores.*

§. 11. Priuatim quam sordida,

da & ærumnosa sit avaritia, *Plautus* descripsit in *Aulularia* sub persona *Euclionis*: publice, noxam ejus insigni declaratione ostendit *Sallustius* passim, tum in orationibus de rep. ord.

CAP. VII.

De Magnificentia.

§. I. Magnificentiam tribus fere modis apud Veteres dici, comperimus. *Primo* enim amplitudinem notat: hinc *res ampla atque magnifica* sæpe junguntur. *Deinde* idem notat, quod *magnitudo animi*: unde a *Cicerone* describitur: quod sit *rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositi- one agitatio atque administra- tio*. Facit ibi quidem partem Fortitudinis; sed eo sensu, quo

2. de inuent.
c. 54.

Ve-

Veteres sub fortitudine magnanimitatem comprehendunt. *Tertia* significatio ad Virtutem hanc Aristotelis pertinet, qua Magnificentia est, quæ sumtibus magnis & in magna re collocandis decorum servat.

§. 2. Hic reprehendunt Aristotelem nonnulli, quod ex una virtute duas fecerit, liberalitatem scilicet & magnificentiam. sed ipse discrimen assignat: 1. quod liberalitas in mediocribus fere impensis; magnificentia in magnis, unde & nomen habet, spectetur. 2. quod liberalitas quodammodo etiam in accipiendo; magnificentia tantum in faciendis sumtibus versetur. 3. quia omnis magnificus liberalis;

D sed

sed non inuicem, omnis liberalis magnificus dici possit. 4. quia liberalis in alios tantum; magnificus in se quoq; & suos dici possit.

§. 3. Scientiam ergo Magnifici eo fine terminat *Philosophus*, vt opera sint sumtibus digna; & sumtus operibus respondeant. Opera intellige necessaria, vtilia, diuturna, in primis publica (quamquam privata non excludantur) non ostentationis aut ambitionis gratia facta, sed honestatis amore & reipublicæ, veræque gloriæ. Vnde viris, dignitate, potentia, opibus pollentibus conuenit hæc virtus: id est, magnorum hominum est, non humilium.

§. 4. Magnificentia illustra
mo-

mon
in Ca
ipsa
Aug

9. Su
ter r
Princ
quoc
Conf
in te

rum
Eccle
Nos

huiu
§. 5
bem
ctacu
cong
grau
sonis

§.
recta

monumenta Historia Romana
 in Cæsaribus memorat. *Vrbs*
ipsa Roma *magnifico ornatu,*
 Augusti opus ap. *Tacitum 1. A.*
9. Suetonius imprimis diligen-
 ter memorat in vnius cuiusq;
 Principis vita opera publica,
 quod & alii fecerunt postea.
 Constantini M. magnificentia
 in templis, & ornatu templo-
 rum: apud Scriptores historiae
 Ecclesiasticae, Xenodochia,
 Nosocomia, Orphanotrophia
 huius generis sunt.

§.5. Alia ad deliniendam ple-
 bem tantum pertinent, vt spe-
 ctacula, ludi, viscerationes,
 congiaria, donatiua, de quibus
 grauiissima est tractatio *Cice-*
ronis 2. offic. cap. 16. & seqq.

§.6. Facilis autem lapsus &
 recta ratione sumtuam in lu-
 D 2 xum.

3. A. 5.

xum: Apud *Tacitum* legas: *Dites olim familia nobilium, aut claritudine insignes, studio magnificentiae prolabebantur, in luxum sc.* Est enim *luxus* vitium, quo sumtus in res indignas aut viles proiiciuntur; inanis voluptatis, aut ineptæ ostentationis gratia. Sicut in histriones, gladiatores, aurigandi artifices, hodie in venationes, comessationes &c. plenæ sunt historiae Principum, non luxu modo, sed portentoso luxu.

§.7. In republica, quantum noceat, omnis ævi exempla docent. Vide nobilem consultationem de luxu coercendo in *Taciti* 3. A. 52. usque ad 56. Quamquam id politicæ potius considerationis est.

§.8.

§. Mag
cum
abun
tur,
hone
tur;
chry
huc
litate
74. a
E 79
230.

D
§. fere
ustra
bilitate
tur.
nis fa

§. 8. Alterum vitium, quod Magnificentiaē opponitur, est, cum in res magnas sumtus nec abunde nec decore impenditur, aut lucrum ex rebus inhonestis aut indecoris captatur; vt: vectigal vrinarum, chryfargyron &c. Pertinent huc sermones *Stobæi, de liberalitate 51. de prodigalitate 73. & 74. de parcis & illiberalibus 78. & 79. de auaritia 53, 54, 55. & 230.*

CAP. IIX.

De Magnanimitate.

§. 1. Hæc virtus nunquam fere nisi obscurius aut confusius tractari solita, incomparabiliter ab *Aristotele* describitur. Ceteri partem fortitudinis faciunt: sed Aristoteles in

D 3 omni

omni virtute magno animo locum relinquit.

§. 2. Quoniam autem propositæ erant virtutes, circa *pecuniam* recte versantes; Magnanimitati & modestiæ deinceps id officium tribuit *Philosophus*, vt *Honores* moderentur. Ad præcipuum scilicet respexit; nam magni animi officia latius patent; in primisque etiam despicientiam rerum externarum complectuntur. Vnde *Stoici*, quando locum hunc tractant, suū illud, *nihil admirari*, tantopere extollunt.

§. 3. Vnde *Magnanimus* cum reuera magnis rebus dignus sit, non est detrectator sui, sed se magnis dignum credit: in quibus honoris præcipua æstimationis est. Circa honorem ergo
&

LI
& pr
tur a
qua
virtu
stud
§.
vt p
bene
nuto
quac
long
riæ c
mag
ram
plur
is d
mus,
locu
dit p
& ca
nis e.
c. 30.

& probra in primis cerni creditur animi magnitudo. Quamquam in omnium reliquarum virtutum materia præstare studet, qui magno animo est.

§.4. Honores scil. eximios, ut præmium virtutis, à bonis bene delatos amat: spernit minutos, aut vnde cunque, aut quacunque ex causa delatos: longeque differt ab inanis gloriæ captatoribus. Solus enim magnanimus intelligit naturam & iter veræ gloriæ: à quo plurimi aberrant. Magnanimus is demum videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem. verbis Cicero- nis ex orat. pro Sex. Rosc. Amer. c.30.

§. 5. Ignominiam autem, qua multi franguntur, non æstimat opinione hominum, sed, quam non meruit, spernit. Sicut autem honorificum non credit laudari, nisi laudato: ita calumniis parum mouetur. (Huius loci sunt quæstiones de *panegyricis*.)

§. 6. In *periculis* adeundis rationem dignitatis suæ habet: & cum Alexandro M. dicit apud *Curtium*: *tandem par animo meo periculum video.*

§. 7. In *temperantia*, permis-
fis quoq; & honestis volupta-
tibus abstinet, quotiens digni-
tatis & magnarum rerum cura
ei grauiora suadet.

§. 8. In *liberalitate*, benefici-
um longe lubentius in alium
confert, quam ipse ab alio ac-
ci-

cipit: remunerari gaudet alios
abunde; vt sibi potius debeant,
quam ipse aliis: ægre prensat
aut rogat: opus honestate
non lucro metitur.

§. 9. In *justitia*, nihil tanti
æstimat, ob quod velit ab ea
discedere.

§. 10. In *mansuetudine*, pul-
cerrimum victoriæ genus exi-
stimat, seipsum vicisse, iniurias
contemnere, earum memo-
riam non retinere, neque vin-
dictæ cupidum esse.

§. 11. Circa *veritatis studium*,
Catonis mos ei pro regula, qui
apud *Sallustium*, esse, quam vi-
deri bonus malebat. Liberi oris, *Catil. 57*
& qui *Vlyssæas* astutias cum *A-*
chille Homericæ odio habeat.
Honestius putat offendere, quã
odisse, cum *Agricola Taciti*. *cap. 22.*

§. 12. In *urbanitate*, cum Pompeio *verecundioris* est: neque suæ gravitatis dememinit.

§. 13. In *reliqua vita*, in primis utramque fortunam ferre novit:

Horat.
Carm. lib. 1.
od. 10.

Sperat infestis, metuit secundis

Alteram sortem bene preparatum.

Pectus.

creditque sibi præcipi, quod sequitur:

add. Cic. 1.
offic. 26.

*Rebus angustis animosus atq;
Fortis appare: sapienter
idem*

Contrahes vento nimium secundo

Turgida vela.

Curt. 3, 12.
25.

§. 34. Magnanima fuit Sylligambis cum dixit: *Et præterita fortune fastigium capio, Et præ-*

presentis iugum pati possum,
 Adde Pori magnanimitatem
 apud *Curtium* 8,14. 43.

§.15. Inter magnos magnum
 se præbet; reliquis humanum
 & æquum; ne quem contem-
 nere videatur. De se non
 multum, nec sæpe loquitur; ne
 vel detrectator sui, vel lauda-
 tor videatur. Sed nec de aliis
 multus illi sermo: quos nec
 laudare temere, nec vitupera-
 re sustinet. Minime autem
 omnia statim admiratur, aut
 adulatur.

§.16. Cautio illum & cun-
 ctatio in actionibus gubernant:
 magisque ei, exemplo *Suetonii*
Paulini, *cauta consilia cum ra-*
tione, quam prospera ex casu
placent ap. *Tacitum*, 2. *Hist.* 25. 3.
 Incestus ei & sermo grauis, vid.
Lips. 2. *Polit.* 15. §.17.

§.17. omne decus huius virtutis ita in animo est, vt externa illa non mereantur æstimationem, nisi consilio animi interiore gubernentur. Si autem de vlla virtute dici potest, quod nulli perfecta contingat, de hac vtique dici potest, virtutum rarissima.

§.18. Vitium, quod excedit, est *elatio, sicut inflatus animus.* de quo Cicero 1. offic. 15. *Fortis animus & magnus, in homine non perfecto feruentior plerumque est. Et: Sed illud odiosum est, quod in hac elatione & magnitudine animi, facillime pertinacia & nimia cupiditas Principatus innascitur, & quæ sequuntur. Fastus Alexandri, in affectata diuinitate huc pertinet, & quæ de superbia regia*
di-

1. offic. 10.

dicuntur. vid. *Lips. 4. polit. 6.*

§. 19. Vitium, quod deficit, est *pusillus abiectusq; animus*, de quo exaudiendum est illud *Taciti 4. A. 38. contemtu fame, contemni virtutes*. Videndum tamen, ne *modestia Heroica* (quam ad magnitudinem animi merito retuleris) speciem huius vitii occupet. Theologis Humilitas dicitur.

CAP. IX.

De Modestia

§. 1. Antiqui latius hac voce vti sunt, sicut vel ex *Cicerone* constat. Hic autem notat eam virtutem, quæ circa modicos honores versatur, & à Magnanimitate differt, vt liberalitas à Magnificentia.

§. 2. Quanquam autem Aristoteles, eo fine metiatur has

virtutes, quod qui magna meretur, aut parua, ex se mereri putet, sibi que de se credat: tamen potius inde æstimandæ sunt, quod *modestus* quidem, utcumque magna meritis, de se magnifice tamen non sentiat, neque omnem honorem quem meretur exigat, sed humanæ imbecillitatis memor, non fidat opinione sua de meritis suis; neque ambiat honorem, etiam meritum, quin potius meruisse, honorem reputet; magnanimus autem potius patrare magna concupiscat, quàm mereri se magna iudicet. Pertinetque huc locus *Curtianus*: vos quidem *maestri* virtute estote, qui primi intellexistis, quanto maius esset, regnum fastidire, quam accipere;

4, 1. 18.

perere;

pere. dum Hephæstio scilicet miratur magnitudinem animi spernentis, quod alii per ignes ferrumque peterent.

§. 3. Est autem Modestia publice priuatimque & decorata & utilis: vereque apud *Tacitum* dicitur: *modestie fama*^{15. A. 2.} *neque summis mortalium spernenda est, & à diis estimatur.* Estque præcipue in animo: sed spectatur in toto corporis habitu, in oratione, gestuque, pro conditione ætatis, personæ &c.

§. 4. Vtraque autem virtutum recte intelligetur; si quæ de Honore & Gloriâ philosophia tradit, recte cognita fuerint.

§. 5. Vitium oppositum est, *Ambitio*, honoris affectatrix, su-

supra quam decet & fas est: priuatim odiosa, publice noxia, sicut præsertim *Sallustius* in causis corruptæ reip. hanc ponit *Catil. 10. & seq.* & *Seneca* passim persequitur ambitiosos.

§. 6. Alterum vitium, quod in honorum contemptu cernitur, vel ad dissolutos homines pertinet, teste *Cicerone*, vel ambitionis genus est, quotiens simulatur honorum contemptus. Vera quoque modestia aliquando iniquam æstimationem subit, ut in illo *Horatii*:

*... plerumque modestus
Occupat obscuri speciem.*

CAP. X.

De Mansuetudine.

§. 1. Ira familiare hominibus malum, moderamine opus habet.

bet. Vnde quæ virtus ei moderatur, *Mansuetudo* dicitur, seu *lenitas*; in Principibus *clementia*; in Scholis Theologicis *misericordia*. Quæ nec Philosophis antiquis ignota vox fuit: male repudiata à Stoicis, quos etiam *Grotius* arguit I. B. 2, 20, 22. Explicationem tamen eruditam promittunt nonnulli; ad conciliandos cum Peripateticis Stoicos.

§. 2. Ipse Aristoteles non se-
gniter hic impugnatur cum
definit *mansuetudinem, quæ ob
quas res, & aduersum quos,
quemadmodum, quo tempore,
& quamdiu decet, irascitur.*
Vt enim ira est effectus animi,
negari nequit, quin optabilius
sit, plene eliminare iram, nec
virtuti bene congruentem, &
mi-

minime necessariam, neque enim vel ad propulsandam injuriam, neque ad punienda delicta ira opus est. Imo, quo longius abest ira, eo melius ista omnia conficiuntur. Sed nimirum, quia nec odisse malos, nec irasci improbis, non possunt viri boni, si communem moris humani habitum spectamus, concedendum Aristoteli est, ut populariter in tali argumento loquatur. Quæ etiam defensio ἀοργυσία eius; seu vacuum ab omni ira animum, tueri quodammodo potest.

§. 3. Vitium huic virtuti oppositum, iracundiam, diligenter & ita exequitur Philosophus, ut iracundorum diuersa faciat genera, eaque Græcis

voca
rum
rita
cipit
tur,
dici.
Et r
qui i
specta
Post
dete
tiosu
S.
vt id
exer
hun
desc
Phil
tur.
S.
gum
re d
ius

vocabulis apte exprimat. 1. eorum, qui ad iram proni & ir-
 ritabiles sunt. 2. eorum qui præ-
 cipites prorsus in iram ferun-
 tur, quos cerebrofos videmus
 dici. 3. eorum, qui amari sunt
 & retinentes irarum. 4. eorum
 qui implacabiliter ad ultionem
 spectant, quos sævos vocamus.
 Postremum genus omnium
 deterrimum: inde gradus vi-
 tiositatis retro numeraueris.

§. 4. Alteri vitio, in defectu,
 vt idoneum nomen, ita fere
 exempla desunt; si per iram
 hunc locum describimus. Sin
 descriptio mutatur, omnino à
 Philosophi sententia discedi-
 tur.

§. 5. Præclare de hoc toto ar-
 gumento tractauit Seneca, ope-
 re de ira; & de clementia; cu-
 ius fragmenta habemus.

§. 6.

§. 6 Misericordiæ Alexandri nobile exemplum ponit Curtius 4, 10, 20. Et seqq. & 5, 5, 8. Iram eius sæpe notat Historicus 3, 12, 19. 4, 4, 17. 4, 6, 29. 8, 1, 43. Et c. 10, 1, 39.

§. 7. Memorabilis distinctio occurrit apud Suetonium in Claudio c. 38. Ira atq; iracundiæ conscius sibi, utrumque excusavit edicto, distinxitque: pollicitus, alteram quidem breuem Et innoxiam, alteram non iniustam fore. Adde Ciceronis explicationem Tuscul. 4, 12. Ciceronis præceptio insignis est 1. offic. 25. Et adde disputationem de ira, Tuscul. 4, 19. usq; ad 30.

CAP. XI.

De Humanitate.

§. 1. Sequuntur virtutes, quæ ab Aristotele dicuntur Homi-
le-

letica, i.e. ad conuictionem & consuetudinem cottidianam vitæ pertinentes. Quorum vna id spectat, vt sincere & citra simulationem omnia gerantur: duæ, iucundam & gratam reddere consuetudinem hominum inter se & familiarem usum, student.

§. 2. In posterioribus his vna est *Humanitas*, quæ à modo conuiuendi, *Facilitas*; à parte affabilitas; à persona & officio, *Ciuilitas ac popularitas*: ab elegantia & arte, *Comitas* dicitur.

§. 3. Hanc *Aristoteles* hoc fine terminat, vt neminem offendere velit vir humanus, sed potius placere omnibus, & obsequi, in quantum honestatis ratio, & eorum, cum quibus versamur, utilitas postulat.

Ne-

kan-
onit
5,5,
Hi-
6,29.

ctio
n in
ndia
usa-
llici-
uem
2 in-
s ex-
Cice-
t 1.
nem
30.

,quæ
omi-
le-

Neque enim vir vere humanus, probabit ea, quæ honeste probari non possunt: aut verebitur amice admonere homines de iis, quæ indecora aut noxia videt futura iis, cum quibus agit.

§. 4. In primis autem, mores ingenia, conditionem & fortunam hominum probe diiudicabit, ne plus minusue faciat aut dicat, nec præsentis tantum, sed futur quoque temporis rationes probe subductas habebit.

§. 5. Humanitatis elegantissima specimina in Alexandro proposuit *Curtius* 3. 12, 6. & c. 5, 2, 18. usque ad fin. cap. 6. 5, 3. & c.

§. 6. *Vitium*, quod excedit, in eo est, si quis in omnibus placere alteri studet: idque vel
suo pte

suopte ingenio fecerit, vt *Micio in Adelphis Terentii* eius rei imaginem præbet; vel lucri studio quales sunt adulatores, vt *Gnato in Eunucho*, *Phormio in fabula cognomine* apud Terentium. *Character* talis hominis superest in *Theophrasto*. Pertinet huc aureus libellus *Plutarchi, de discrimine adulatoris & amici*.

§. 7. Hoc vitium est crebrum in aula malum: unde *adulatio* ap. *Curt. 8. 5, 6.* dicitur *perpetuum malum regum, quorum opes sæpius assentatio, quam hostis euertit*. Regnant illic artificia adulandi, sub specie obsequiorum. videatur *Cleonis oratio* ap. *Curt. 8, 5, 10. & c.*

§. 8. *Ex altera parte morositas, difficultas, contumacia est,*

est, quando quis omnibus ad-
uersari studet, neque curat,
an & quem ostendat. Talis *De-*
mea Terentianus in Adelpis.
In aula Clitus hoc nomine
peccauit apud *Curtium 8, 1,*
29. &c.

Cap. XII.

De Veritate.

§. 1. In Consuetudine vitæ mul-
tum quoque laudatur *Veritas* sive
candor, cum quis ut in vita, ita
in oratione veritati studet, nihil
fingens in gratiam aliorum, aut
lucris causa, semper sibi constans
sua præsertim minime exagge-
rans.

§. 2. De Epaminonda *Corn. Ne-*
pos: adeo veritatis diligens, ut ne ioc-
o quidem mentiretur. de Attico:
Mendacium neque dicebat, neque
pati poterat. Et quæ sequuntur.

§. 3 Repugnat enim huic vir-
tuti mendacium, de quo mul-
tæ

tæ magnæque sunt disputationes
Theologorum & Philosopho-
rum. Non parum etiam in hac re
studavit *Grotius l. B. 3, 11.*

§. 4. Dividitur autem menda-
cium in duas vitii species: *Arro-
gantiam, & Dissimulationem.*

§. 5. *Arrogantia*, sive, osten-
tatio, jactantia est, qua quis ma-
jora, quam sunt, videri vult sua:
sicut in *Eunucho Terentii, Thraso,*
Plauti, Miles gloriosus ostendit.

§. 6. *Dissimulatio* est, qua quis
occultat & extenuat ea quæ, ad-
sunt, vel ut gloriam inde conse-
quatur (huc pertinent *Artes Ac-
cisimi*) vel ut fallat homines. Su-
perest *character talis hominis Ethi-
cus apud Theophrastum.*

CAP. XIII.

De Urbanitate.

§. 1. Quia in vita curarum &
remissionum tempora distincta
sunt, etiam laxamentis aliquam
virtutem tribuit *Aristoteles*, quam

E

VO-

vocavit *Urbanitatem*, quæ dicen-
dis jocis honestis, ac liberalibus
modum & rationem præfiniret.

§. 2. Cicero summam præclare
designat: *Neq; ita generati à natu-
rura sumus, ut ad ludum & jocum
facti esse videamur: sed ad severita-
tem potius, & quædam studia gravi-
ora atque majora. Ludo autem &
ioco uti illi quidem licet: sed sicut
somno, & quietibus ceteris, tum
cum gravibus seriisque satisfaceri-
mus. Ipsumque genus iocandi non
profusum, nec immodestum, sed in-
genuum & facetum esse debet. Ad-
denda sunt, quæ sequuntur.*

§. 3. Est ergo scientia quædam
iocandi; neque in obvio posita
hujus argumenti notitia. Adeatur
Ciceronis egregia tractatio de ridi-
culo 2. de oratore 59. & seq. *Quin-
til. Institut. Orator. 6, 3. Dan. Hein-
sius in dissertatione Terentio præmissa.*

§. 4. Excedunt modum *Scurra,*
risum captantes inepte & inhone-
ste;

ste ; immodiceque in cachinnos effusi, totique ludicri.

§. 5. Sicut ex altera parte homines *rustici & inficeti* vocantur, qui nec joculari ipsi ullo modo, nec jocantes ferre possunt. De Tiberio Suetonius: *Augustum palam nec dissimulanter morum eius diritatem adeo improbasse, ut nonnunquam remissiores hilarioresque sermones superveniente eo abrumperet.*

lib. 21.

CAP. XIV.

De Justitia.

§. 1. Justitiam esse aliquam generalem, aliquam specialem, plerique veterum agnoverunt; quamvis non eodem modo explicarent. Aristoteles Justitiam universalem, idem cum virtute perfecta & plene sumta statuit: nisi quod ad alterum referri justitiam dicas, cum virtus, ut est in homine aut viro bono, considerari possit.

§. 2. Justitia autem particularis

E 2

est,

est hujus loci; de qua licet *Aristoteles* toto libro quinto *Ethicorum* egerit, definitionem tamen nullam attulit. Valde probatur etiam *Philosophis Jurisconsultorum* de-
l. 10. ff. de iust. & iur. finitio: quod sit constans & perpetua voluntas suam cuique tribuendi: ut & habitus & actio volendi intelligatur. Ex *Aristotele* tamen concinnant descriptionem, quod *Iustitia* sit virtus, qua, tam in rerum distributione, quam commutatione & contractibus, omnibusque rebus, in quibus iniuria cuiquam fieri potest, homo ita se gerit, ut nec de externis bonis, pecunia, honoribus, aliis, plus sibi vindicet & minus alteri relinquat; nec de malis, oneribus & poenis minus sibi, & alteri plus, quam par est.

§. 3. Medii ratio hic alia est, quam in ceteris virtutibus. Vtrumque enim extremorum (plus scilicet & minus) est in vna eademque actione. Estque hic non tantum medium rationis, sed etiam
 rei.

rei. Vnum igitur nomen opponitur *iniustitia*.

§. 4. Est autem duplex *Iustitia distributiva & commutativa*; quarum *hæc* reddit id, quod est simpliciter debitum; *illa*, quod est quodammodo debitum, vid. *Grot. I. B. 1, 1, 8.*

§. 4. *Iustitia distributiva*, quæ præmiis oneribusque distribuendis æqualitatem obseruat, habita ratione & personarum & rerum. Vnde hic proportio Geometrica obtinet: Non enim omnes accipiunt idem simpliciter, sed idem proportione, seu secundum quid. *Maximo enim cuique plurimum debetur. Cic. 1. offic. 15.* Et in onerosis, validiori plus oneris imponendum est.

§. 5. Ad hanc ergo iustitiæ speciem pertinent ea tantum, quæ debentur cuique de communibus bonis, aut imponuntur, ut publicum & commune onus; cetera ad commutatiuam pertinent.

Ari-
orum
nul-
tiam
n de-
etua
i: vt
telli-
con-
d lu-
erum
ne &
is, in
test,
ernis
plus
elin-
& pæ-
uam
est,
V-
plus
lem-
tan-
tiam
rei.

§. 6. Illud nihil interest, vtrum æstimatio fiat simpliciter, vt in optima reip. forma; an ex hypothesi & ratione status. Vnde fit, vt non eodem modo hæc fiant in Aristocratia, & oligarchia &c.

§. 7. Apparet hinc, beneficia, stipendia, & similia, non esse huius iustitiæ, sed commutatiuæ, tanquam genus compensationis & mercedis. *Meritum* enim in iustitia distributiua nihil est aliud, quam dignitas, siue persona, & locus, quem inter ciues obtinet. Sicut in commutatiua, meritum in re spectatur, cui præmium aut poena conuenit: Quare cum in commutatiua iustitia tantum quis accipiat, quantum meretur: in distributiua non attenditur, quid quisque ipse impenderit, sed quid in comparatione alterius accipiat.

§. 8. *Iustitia commutatiua* est, quæ in commutatione rerum & contractibus eam seruat æquali-
ta.

tatem, vt quisque suum confequa-
tur. Pertinent enim huc res o-
mnes, in quas iuris aliquid est ali-
cui, alio quam publico nomine.

§. 9. Commutationes autem
& contractus late hic sumuntur,
vt non tantum veros contractus
& quasi contractus, sed omnes
obligationes comprehendant, tam
quæ ex delictis, quam quæ ex
quasi delictis originem trahunt.

§. 10. Commutationes diuidit
Philosophus in *voluntarias* & *inuo-*
luntarias: quorum *illæ* sunt, vbi
vtrique est animus commutan-
di aut contrahendi; *hæ*, vbi com-
mutatio fit vna parte inuita, vt
in furto.

§. 11. Inuoluntariæ commuta-
tiones ex mente Thomæ hæc
sunt:

Læditur aliquis vel i

{ Re idque vel

{ Occulte, vt furto

{ Manifesto, vt rapina.

{ Persona vel

{ Ipsa in se, vel ratione

{ Incolumitatis vel

{ Occulte, vt in cæde do-
lo facta, veneficio per-
cussione fraudulenta.

{ Manifesto, vt in cæde vi-
olenta, verberibus, car-
cere, mutilatione.

{ Dignitatis vel

{ Occulte, ut falso testi-
monio, detractione.

{ Manifesto, falsa accusa-
tione, conuitio.

{ In persona coniuncta, vt adul-
terio, seductione liberorum
serui &c

Com-

§. 12. Commutationes voluntariae sunt, quando

Obligat quis

{ Rei suae vel

{ Dominium, vendendo, deponendo, oppignorando.

{ Vsum, idque vel

{ Gratis vel in

{ Rebus quae fructificant, ut est ususfructus

{ Ceteris quae restituuntur vel

{ Eadem numero, ut commodata

{ Eadem specie, ut in mutuo.

{ Pretio, ubi locatio conductio.

{ Seipsum pro alio ad satisfaciendum ut est fideiussio.

§. 13. Porro illa extrema, inter quae versatur iustitia commutativa, *plus & minus*, etiam *damni & lucri* nomine ab Aristotele vocantur, latius scilicet acceptis vocabulis: & *lucrum* sit plus boni & minus mali; *damnum* plus mali & minus boni.

§. 14. Servat autem iustitia commutativa *proportionem Arithmeticam*, si audimus *Aristotelem*: qua

E 5

aequ-

Com-

æqualitas ex rerum ipsarum conditione æstimatur. Contra sentit *Grotius I. B. 1. 1. 8.*

§. 15. Gliscit hæc quæstio in argumento de pœnis : in quibus cum etiam videatur ratio haberi personarum, e. g. nobilium & ignobilium, liberorum & seruorum, igitur proportio Geometrica à nonnullis hic statuitur, ab aliis ad iustitiam distributiuam pœnæ referuntur. Quod eodem scilicet redit.

§. 16. Sed veterum sententia tutior est, adstructa etiam *Arnisæo polit. 1, 8.* dum modo natura vtriusque iustitiæ distributiæ & commutatiæ recte explicetur. Pœnæ enim nō sunt aliquid quod distribui possit 1. quia nihil distribuitur, nisi quod commune est. 2. Quicquid distribuitur, id conferatur aut imponitur toti, quia pars ciuitatis est. At nemo punitur quia ciuis est. 3. In distributione omnibus portio cedit : in pœnis

nun-

nunquam. 4. Si Geometrica proportio in pœnis valeret, tum nobilis seuerius, seruus mitius puniendus esset, quia maiori maius, minori minus conuenit secundum illam in distributione præmiorum & onerum. 5. In distributione etiam iusta fieri potest, ut aliquis minus consequatur, quam meritus est. Sed pœnæ pro merito irrogantur. 6. Manet proportio Arithmetica, etiam cum nobiles mitius puniri dicuntur (in criminibus ex imbecillitate humana profectis) quam alii: vel enim minus peccauerunt, ubi idem quod alii peccasse videntur; vel pœna, quæ mitior videtur, illis æque grauis est. Persona enim hic per accidens spectatur.

§. 17. Alias, seposita hypothese, de qua supra, etiam *Grotius* statuit, pœnas pertinere ad iustitiam commutatiuam, quam ipse exemplatricem vocat. *I. B. 2, 20, 2.*

§. 18. Quanquam autem ple-

rumq; iustitia commutativa ver-
fetur inter partes reip. tamen po-
test interdum etiam inter rempu-
blicam & partem eius esse, vt cum
ciuitas emit à ciue aliquid, aut
stipendia paciscitur singulis.

§. 19. Pythagorei statuerunt
talionem idem esse quod ius, quos
refutat *Aristoteles*. Sed distinguen-
da est *Talio simpliciter accepta*, qua
simpliciter quis idem patitur,
quod fecit; & *proportionalis*, qua
patitur, quod ei respondet, quod
fecit. Prior neque in distributi-
ua, neque in commutativa adhi-
beri potest. Vide exemplum &
fundamentum huius distinctionis
apud *Gellium* 20, 1.

§. 20. Hinc de æstimatione re-
rum quæstio: & de instrumento
permutationum, *nummo*, de cuius
inventionem *Aristoteles* lib. 1. polit. 6.
ubi *Interpretes* videndi. Addatur
dissertatio egregia *Iacobi Lampadii*
subiuncta libello de constitutione *Im-
perii Germanici*.

§. 21.

§. 21. De iustitia Cicero in officiis
 multa exempla habet: quod in 1,7. *ibid.*
iustitia sit virtutis splendor maximus:
quod per eam societas hominum in-
ter ipsos, & vite quasi communitas
contineatur, quod munera eius duo
sint: primum, ut ne cui quis noceat,
nisi lacessitus iniuria; deinde ut com-
munibus utatur pro communibus,
privatis ut suis. Postea. Atque iis 2,11.
etiam, qui vendunt, emunt, condu-
cunt, locant, contrahendis que nego-
tiis implicantur, iustitia ad rem ge-
rendam necessaria est; cuius tanta
vis est &c. Examinat memorabi-
les quaestiones in iustitia commu-
tatiua lib. 3. off. 12. 13. & seqq.

§. 22. De iustitia Principis in
 praemiis & poenis Politici praeci-
 piunt.

§. 23. Huc pertinet etiam tra-
 ctatio de *Aequitate*, qua iuris rigor
 temperatur, aut ius scriptum, ubi
 propter generalitatem deficit, cor-
 rigitur, suppletur. *Aequum & bo-*
num saepe vocant. Vide omnino

laudem Sulpiiū apud *Ciceronem*
Philipp. 9. c. 5.

§. 24. Absque æquitate sæpe
habet locum illud: *Summum ius,
summa iniuria.* Laudandus *Grotius*,
qui primus ius belli vere tempe-
rauit æquitate. Est autem hic lo-
cus profundus, sicut ostendere
conati sumus in *Calculo Minervæ*
Neque aduersari putanda est æ-
quitas iustitiæ: sed potius con-
gruere.

CAP. XV.

De Virtutibus Dianoeūti-
cis siue intellectuualibus.

§. 1. Quoniam virtus omnis
est in mediocritate, illa autem de-
finitur prudentia (prudentis enim
viri iudicium hic optauit *Aristo-
teles*) itaque post virtutes mora-
les etiam de *Prudentia* agendum
fuit. Cuius natura ut melius in-
telligeretur, *Philosophus* etiam
lib. 6. Eth. de ceteris habitibus mentis agit.

§. 2. Tales habitus siue virtutes
dia-

dianoëticas posuit quinque: *Scientiam, Sapientiam, Intelligentiam, siue Intellectum, Artem, Prudentiam*. De prioribus suffecerit pauca attigisse; de ultima enim potissimum hic solliciti esse debemus.

§. 3. *Scientia* est ille habitus mentis, quo demonstramus aliquid ex necessariis principiis. Idque ope syllogismi Apodictici, siue Demonstrativi. Hæc cum locum habeat in rebus necessariis & æternis, continet *Physicam, Mataphysicam, & Mathesin*.

§. 4. At *Intellectus* siue *Mens* (Philosophus enim cum non haberet idoneum nomen, Intellectus commune vocabulum huc accommodavit) est habitus, quo ipsa principia cognoscimus. Quæ sunt vel *Theoretica, vel Practica*: eaque natura nota.

§. 5. *Sapientia* & principia & conclusiones complectitur: altissimoque & architectonico loco à Philosopho collocatur.

§. 6.

§. 6. Atque hi tres habitus circa res necessarias & æternas versantur. Reliqui duo circa *res contingentes*. Res porro contingentes *aliæ* effici dicuntur, vt a futuro calceus, à Logico Syllogismus; *aliæ* agi, quæ pertinent ad vitam recte agendam, siue quæ rationem honesti & inhonesti habent, in quibus versatur *Prudentia*, sicut in prioribus *Ars*.

CAP. XVI.

De Prudentia.

§. 1. Hæc est virtus, quæ bonâ à malis, vtilia a noxiis discernit, expetenda ac fugienda præscribit, vitamque totam moderatur. Versatur maxime circa singularia; sed tamen etiam in generali quadam vitæ ratione ita instituenda cernitur, vt specialiter actiones omnes sibi consonent, & ad finem beatæ vitæ communi quodam ductu proficiant.

§. 2. Munera siue actus prudentiæ

tia (quidam partes vocant) sunt
 1. *Bene consultare*: quando media
 inquiruntur, & coniiciuntur, &
 discutiuntur ad finem conducen-
 tia; è quibus expensis eligi possit,
 quid optimum factu. 2. *Intelligere*
 & *iudicium ferre atq; adeo decerne-*
re, præmissa consultatione quid o-
 pus sit. 3. *In mitiorem partem aut*
tractabiliorem iudicium inclinare.

§. 3. Alii addunt *executionem*,
 quæ rectius ad alias virtutes refer-
 tur. Ad consultationem pertinet
solertia & sagacitas; ad iudicium
docilitas & memoria facit: ad decer-
 nendum, *providentia, circumspectio,*
cautio. Alii *iudicium de presentibus,*
divinationem de futuris, memoriam
de præteritis prudentiæ partes fa-
ciunt. Cicero 2. de inuent. 53.

§. 4. Prudentiam alii faciunt *pri-*
uatam, qua quis sibi, & *communem*,
 qua & aliis consulit. Priuatæ regu-
 las & munera faciunt; 1. deligere
 vitæ genus. 2. in eo vitæ genere
 omnes actiones ad virtutis nor-
 mam

nam ex præscripto rationis componere, quo pertinet illud, nihil temere aggredi. 3. Res expendere. 4. modum agendi in promptu habere. 5. tempus & occasionem captare. 6. instare negotio. 7. à virtutis recto tramite non discedere. Cic. 1. offic. 32. &c.

§. 5. De prudentia Oeconomica peculiaris est tractatio, quæ tamen ad politicam doctrinam reuocari potest. Prudentia militaris itidem ad Politicam. Legislatura prudentia, & Deliberativa, licet hic possent tractari, tamen in Politicis istud fiet.

§. 6. Prudentiæ opposita sunt ex vna parte, calliditas & versutia, ex altera parte stultitia & imprudentia.

§. 7. Egit posthæc Aristoteles de Heroica & continentia, sed quia Virtus Heroica nihil aliud est, quam virtus vnaquæque in summo fastigio; sicut feritas est vitium inmane & belluinum; & continentia ad temperantiam supra relata fuit, nihil opus est addere. De

De Amicitia.

§. 1. Amicitia non est quidem virtus, sed virtuti similis. Quam à nonnullis ad iustitiam refertur. Ad vitam certe agendam imprimis necessaria.

§. 2. Est triplex; vel *honestæ*, vel *utilis*, vel *incuranda*. Ex quibus sola prior vera amicitia est.

§. 3. Constat amicitia vera æqualitate, quam si non inuenit, facit. Removere autem se studet amicitia, a morosis & contentiosis; tum a blandis & adulatoriis moribus.

§. 4. Sed abunde omnia præstitit, quæ huc pertinent, Cicero in *Lelio*, siue in *Dialogo de amicitia*.

§. 5. Tota interim hæc de moribus disciplina, vitæ, non scholæ, discenda est, re non verbis exercenda, sicut abunde disputat *Seneca ep. 106.*

§ 108.

INDEX.



I N D E X.

Primus numerus paginam, reliqui
paragraphos denotant.

A.

<i>Abstinentia cibi.</i>	62.6.7.
<i>Actiones mixte.</i>	38.9.
<i>Actionum humanarum principia.</i>	35.1. seq.
<i>Adulatio.</i>	94.6.7.
<i>Æquitas quid?</i>	109.23.
<i>Ambitio quid?</i>	87.5.
<i>Amicitia quid & quotuplex.</i>	115.1.2.
<i>Animæ divisio in suas partes.</i>	30.2.
<i>Animi tranquillus status</i>	13.8.
<i>Aristoteles qualem ordinem servat virtutum</i>	58.13.
<i>Arrogantia quid?</i>	97.5.
<i>Avaritia quid?</i>	71.11.
<i>Andacia quid?</i>	56.11.12.

B.

<i>Beneficentia quid?</i>	67.2. seqq. Casti.
---------------------------	-----------------------

I N D E X.

C.

Castitas. 62. 6. 7.

Conscientia quid & quotuplex 36. 9.

Consultatio principium actionum humanarum.

44. 21.

Continentia quid 59. 3.

Contradictum divisio 103. 9. 105. 12.

D.

Delictorum aestimatio 41. 14.

Divitia an summum bonum. 19. 3. seqq.

E.

Ethica quem in finem discenda 115. 5.

Ethica principia unde petita 4. 4.

Ethica objectum 29. 1.

Ethica idoneus auditor qui 6. 8.

Ethicum studium quare absolvatur 6. 7.

F.

Felicitas civilis quomodo in Philosophia practica spectetur. 3. 2.

an consistat in voluptate 15. 1. seqq.

an in divitiis. 19. 1. seqq.

an in honoribus 23. 1. seqq.

an in contemplativa vita 25. 2. seqq.

vera in quo consistat 27. 1. seqq.

quomodo comparetur 28. 3.

an in hac vita detur 8. 3. seqq.

Forti.

aliqui

62. 6. 7.

38. 9.

1. seqq.

4. 6. 7.

109. 23.

87. 5.

115. 1. 2.

30. 2.

13. 8.

tutum

58. 13.

97. 5.

71. 11.

6. 11. 12.

2. seqq.

Casti.

I N D E X.

Fortitudo quid & quotuplex 49. 1.
Fortitudinis natura 50. 2. seqq
heroicæ exempla 54. 8.

G.

Gratiitudo 68. 5.

H.

Honores objectum magnanimitatis 78. 3.
an summum bonum 23. 3.

Humanitas quid 83. 3.

Humanitatis exempla 94. 5.

Humanitatis extrema 94. 6. seqq.

I.

Ignavia quid 56. 11. 13.

Ignorantia quid & quotuplex 40. 12. seqq.

Ingratitudo 69. 5.

Intellectus quid 111. 4.

Intemperantie mala 64. 11.

Intemperantie extrema 64. 11. 12.

Invidium quid & quotuplex 37. 6. seqq.

Invidiæ scientia 98. 3.

Ira objectum mansuetudinis 89. 2.

Iracundia quid 90. 30.

Iustitia universalis quid 99. 3.

Iustitia particularis quid & quotuplex 100. 1.

Iustitiæ commutativæ objectum 2. 1. 4.

Iustitiæ commutativæ objectum 105. 14.

distrib.

I N D E X.

49. 1.	<i>distributiva obiectum</i>	102. 5.
2. seqq	<i>medium</i>	100. 3.
54. 8.	L.	
68. 5.	<i>Liberalitas quid</i>	67. 1.
	<i>vide beneficentia</i>	
	<i>an à Magnificentia differat.</i>	73. 2.
78. 3.	<i>Liberalitatis vitia opposita</i>	70. 7. seq.
23. 3.	<i>Luxus quid</i>	76. 6.
83. 3.	M.	
94. 5.	<i>Magnanimitas quid</i>	77. 1. seqq.
6. seqq.	<i>Magnanimitatis extrema</i>	84. 18. 19.
	<i>Magnanimus qui</i>	78. 3. seqq.
6. 11. 13.	<i>Magnificentia quid</i>	72. 1.
2. seqq.	<i>an à liberalitate differat</i>	73. 2.
69. 5.	<i>Magnificentiae exempla</i>	74. 4.
111. 4.	<i>Magnificus qui dicatur</i>	73. 2. n. 3.
64. 11.	<i>Mansuetudo quid</i>	89. 2.
4. 11. 12.	<i>Mansuetudinis extrema</i>	90. 3. 4.
6. seqq.	<i>Mens quid</i>	111. 4.
98. 3.	<i>Modestia quid</i>	85. 1. 2.
89. 2.	<i>Morositas</i>	95. 8.
90. 30.	N.	
99. 5.	<i>Nummi usus</i>	108. 20.
100. 5.	P.	
2. 4.	<i>ona irrogatio quam proportionem obseruet</i>	107. 15.
105. 14.	<i>igentia quid</i>	79. 7.
distr.	<i>Proportio qualis iniustitia distributiva obseruetur</i>	107. 4.
		qualis



I N D E X.

<i>qualis in commutativa</i>	205. 14.
<i>Prudentia quid</i>	212. 2.
<i>Prudentiae munera</i>	212. 2.
<i>divisio</i>	213. 4.
<i>opposita</i>	214. 6.
<i>Pudicitia</i>	62. 7.
 S. 	
<i>Sapientia quid</i>	111. 5.
<i>Scientia quid</i>	111. 3.
<i>Sobrietas</i>	62. 7.
<i>Spontaneum quid</i>	36. 3. 37. 6. seq.
 T. 	
<i>Talio Pythagoreorum</i>	108. 19.
<i>Temperantia quid</i>	58. 1. 2.
<i>Temperantiae species</i>	60. 1. seq.
<i>officia</i>	63. 8.
<i>exempla</i>	65. 13. 14.
 V. 	
<i>Verecundia quid</i>	60. 4.
<i>Veritas quid</i>	96. 1.
<i>Violentum quid & quotuplex</i>	37. 7. 9.
<i>Virtus quid</i>	32. 1. seqq.
<i>Heroica</i>	114. 7.
<i>Virtutes homileticae</i>	92. 1. seq.
<i>Intellectuales</i>	110. 1. seq.
<i>Virtutum connexio & numerus</i>	46. 1. seqq.
<i>Vis an in re</i>	41. 14.
<i>Vita contemplativa an summum bonum</i>	25. 1. seq.
<i>Voluntas principium actionum humanarum</i>	44. 2.
<i>Voluntariae actiones quatenam dicantur</i>	45. 45.
<i>Voluptus an summum bonum</i>	15. 1. seqq.
<i>Urbanitas quid</i>	97. 1.

F I N I S.

205. 14.

212. 2.

212. 2.

213. 4.

214. 6.

63. 7.

111. 5.

111. 3.

62. 7.

37. 6. seq.

108. 19.

58. 1. 2.

60. 1. seq.

63. 8.

65. 13. 14.

60. 4.

96. 1.

37. 7. 9.

2. 1. seqq.

114. 7.

92. 1. seq.

10. 1. seq.

6. 1. seqq.

41. 14.

25. 1. seq.

m 4. 2.

45. 45.

5. 1. seqq.

97. 1.



1457

6.
38.
142.
170.
178.
200.
218.

ULB Halle
004 772 13X


3



VD 77

m.c.





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19


KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



IOS
LIS 2

